2

ARISTOTELIS

SPARSAE DE ANIMALIBVS SENTENTIAE IN CONTINVATAM SERIEM AD PROPRIA CAPITA REVOCATAE NOMINAQ. ſecundum literarum ordinem diſpoſita.

PER CAESAREM ODONVM
Philoſophum, ac Medicum Bononiæ
practicam Medicinæ ordinariam profitentem.



Bononiæ apud Alexandrum Benaccium Anno Domini
M. D. LXIII. poteſtate impetrata.

AMPLISSIMO AC REVERENDISS. bonarum omnium Diſciplinarum cultori Ioanni Baptiſtæ Campegio Maioricenſi Epiſcopo.

CAESAR ODONVS. S. D.

TANTA pulchritudo Reuerendiſſime Antiſtes, tanta uis eſt ipſius uirtutis, ut quanquã corporeis oculis minimè cerni poſſit, incredibiles tamen ſui amores excitet, mentes animosq́; teneat, ac mirum quendam in modum alliciat ad diligendum. Hinc uſu uenire ſæpenumero conſpicimus, ut ſummo genere nati, & grandi etiam cenſu muniti facilè contemnantur, ijdem uerò, ſi forte uirtutibus extiterint inſignes, nunquam non ab omnibus amentur, colantur, obſeruentur. Magna profectò & penè innumerabilia clariſſimæ domus tuæ ſunt ornamẽta, quæ nec recenſere præſentis eſt inſtituti, nec niſi longa admodnm oratione à quoquam explicari poſſent, nulla tamen maiora, quàm ea, quæ ab illius eximia ac ſingulari uirtute prodierunt, & emanarunt. Quamobrem doctrinam, prudentiam, liberalitatem humanitatem, continentiam, multasq́; alias Campegiæ familiæ præcipuas dotes, quæ ab inexhauſto uirtutis fonte ſcaturiunt, omnes admirantur in pri-

mis, paſſim celebrant, & ad cœlum meritis laudibus extollunt. Hæc fuit Reu.^me Antiſtes, quæ me iampridē ad Rodulphi fratris tui clariſſimi, & fortiſſimi uiri, cultum & obſeruantiam, uti magnes ferrum, potiſſimum arripuit, hæc eadem fuit, quæ me tibi, quoque penitus addixit, quæ totum dedidit, quæ demum arctiſſimis uinculis in perpetuum colligauit. Verùm hanc meam in te propenſam uoluntatem neſcio quo modo diu mecum taci tus ipſe foui, nunc autem occaſione non leui oblata erumpere tandem, ac teſtimonio aliquo patefacere uolui. Tibi igitur Ariſtotelis libellum de hiſtoria animaliū prius quidem adeò diſperſum ac diuulſum, ut unius animalis hiſtoria uix unquam integrè percipi poſſet, nunc opera noſtra in continuationem, ac ſeriem quandam redactum dico; & eò libentius dico, quòd tametſi in ſacrarum literarum ſtudio ferè ſemper maxima cum laude uerſaris, à Peripatetica tamen diſciplina te nunquam abhorruiſſe cognoui. Accipe munus noſtrum, qualecunque iam eſt non multo poſt tempore & noſtris adnotationib. auctū et proprijs imaginib. in quib. delineandis tādudū inſudamus, inſignitum habiturus, maximum ſiquidem lucrum feciſſe arbitrabor, ſi recipitur, maius præterea, ſi illud tibi gratum fuiſſe intellexero. Nam cum tu mihi unus inſtar ſis omnium, quod tibi placuerit, id demum omnibus placiturum eſſe confido. Vale.

Bonon. Kal. Ianuarij. M D L X I I I.

FRANCISCI CABVRACII
Immolenſis epigramma.

Cui uirides herbas quondam per prata legenti
Dat Pater æterno cingere flore comam,
Nunc quærens cœlo uolucres, genus omne ferarum,
Atq; hominum terris, æquoreumq; mari,
Inſidias famæ molitur CAESAR; *at ah quid*
Inſidias dixi, gloria quem ſequitur?
Venatur celebrem uitæ immortalis honorem
Retia diuina ſedulus arte parans.

Ἀχιλλέως Βαλουγολᾶ Μουτιναίου εἰς τὸ βιβλίον ἐπίγραμμα:

Ἀνθρώποισιν ἐπαινετὴν ἐστὶ βιβλίον αἰεὶ
Τίς γὰρ ἐὰν σώφρων ἀντιλέγῃ φανερῶ?
Συλλέξαι τὰ χύδην γὰρ Ἀριστοτέλους κατὰ τάξιν
Ῥηϊδίως δώσεις τὰ ἀργαλέως ὁπόθεν
Τάς τε πύλας ἀνέῳξαν σοφίης ἀπὸ τοῦ σκότους ὥσας
Εἴσοδος ὄφρα ἀνύγῃς ἐντὸς ἐν τάχεως
Οὔτι φοβηθέντες μετόπισθε κοιὰ φίνωσι.
Πρὸς πείρας σοφίης κτῆμα λαχόντες ἁδρόν:
Ἀσφαλέως νῦν σοῦ τὸ μαθησόμενοι τὰ γένοιντο
Τῶν ζώων εἴδη πολλὰ νοοῦντες ὅλως.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν καίσαρα Ὀδῶνον

Εἰγνώσκων ἀρετὴν σε φιλεῖν πάντων καῖσαρ Ὀδῶνε
ξεῖνε, βασιλεὺς θῆκεν σοὶ κλέος ἀθάνατον
ὥστ' Ἀσκληπιαδῶν, γενναίων ἔξοχα εἰδὼς
Ἄφθιτ' ἔχεις δόξαν. Τοῦτο δίδωσι θεός:
Μὴ λυπῇ θάνατός σε ἀρετὴ γάρ γε οὔποτε θνήσκει
Τῆς λίαν εὐπορέων ἀθανάτης βιοτῆς

CANDIDO LECTORI.

NEQVID ad exactam omniũ rerum cognitionem ſtudioſe lector deſideres, en tibi & Ariſtotelis animalia in continuatã compendioſam, & maxime claram ſeriẽ redacta tradimus, vt dum illis proprias ac veras etiã imagines addendas curabimus hiſce interim nõ defrauderis. Vale & laborem hunc boni conſule.

DISPERSAE ARISTOTELIS
De Animalibus ſententiæ in continuatam ſeriem ad propria Capita reuocatæ, Nominaq; ſecundum literarum ordinem diſpoſita.

PER CAESAREM ODONVM PHILOSOPHVM;
Ac Medicum Bononiæ Simplici, & prædictam Medicinæ ordinariam publice profitentem.

A

ACari[a] nomine Animal candidum, quod omnium animalium minimum exiſtimatur. In Cera uetuſta, et in ligno gignitur a. Nat. ani. lib.5.cap.31.
[b] Accipiter in ſaxoſis & in arduis nidulatur b. na.an.9.12
Auium quas ceperit cor nunquam edit. [c] Vulpem in c.nat.an.9.1.
uadit ut Circus [d]. In Ægypto Accipitres minores d. nat.ani 8. 18.
ſunt. [e] Accipitrum genus precipuum Butheo eſt, Triorchis a numero Teſtium nuncupatur. Secundũ Aeſalo. Tertium Circus. Stellaris uero, Palumbarius, & Pernix differunt; Appellantur ſubbuteones qui latiores ſunt. Alij percæ & fringillarij uocantur; alij leues et rubetarij, qui abunde uiuunt atq; humiuolæ ſunt. Genera non pauciora eſſe quam decem Accipitrum aliqui prodiderunt, quæ modo e. nat.ani.9. 36.

B quoq;

pioq; uenandi inter ſe differunt. Alij enim Columbam humi conſidentem rapiunt, uolantem non appetunt. Alij ſuper arborem, & tale quid conſcendentem uenantur. Sin humi eſt aut uolat, non inuadunt. Alij neq; humi neq; in ſublimi manentem aggrediuntur, ſed uolantem capere conantur. Fertur etiã a Columbis quodq; Accipitrum genus cognoſci. Itaq; cũ Accipiter prouolat, ſi ſublimi peta eſt manent quo conſtiterint loco: Sed ſi humi peta qui prouolat eſt, nõ manent, ſed continuo auolant. Thraciæ parte quæ olim Cedropelis uocabatur, homines ſocietate Accipitrum per paludes aucupantur. Cum enim ipſi lignis quæ tenent arundines et fruteta mouerunt, quo aues euolarent. Accipitres deſuper inſectantur, quorum metu aues perculſæ terram repetunt, mox homines percutiunt baculis, itaq; capiunt, tum partes earũ quas acceperint auium accipitribus Impartiuntur.

a. nat. an. 8. 3. [a]*Habent autem accipitres ungues aduncos, quæ aues omnes Carniuoræ ſunt. Frugeſq; etiam ſi in os Indideris deuorare nequeunt. Palumbarius & fringillarius multum inter ſe differunt magnitudine. Buteo miluo æquiparatur magnitudine, ſemperq; ipſe cernitur.* b. nat. an. 2. 5 [b] *Inter aduncos accipitres ſpecie diuerſi coire putantur. Accipitri etiam feliecori & Inteſtino iungitur.* c. na. an. 2. 15 d. na. an. 6. 6. [c] *Recubat diebus uicenis ut Miluus.* [d] *Ventriculũ*

culum habet calidum, ideo lienem exiguum.[a] *Vt uix* a. par. an. 3.7
diſcerni queat.[b] *Maior accipiter quam Cataracta.* b. na. an. 2.15
[c] *Calcis uero Accipitrem palumbarium magnitudi-* c. nat. an. 9.12
ne æquat.[d] *Promiſcua adulterinaq; procreat, ut* d. na. an. 9.12
omnia fere auium genera etiam minutarum.[e] *Iniuria* e. na. an. 9.31
aues afficit.[f] *Huius pulli grati ſaporis ſunt, ſua-* f. nat. an. 6.7
ueſq; & pingues efficiuntur. etiam uide Cuculus.

Acheta. Vide Cicadæ.

Achillea. Vide Spongia.

[g] *Aciæ & ſuperæ, uermes, quibuſdam generan-* g. na. an. 5.19
tur Erucis quæ undent ingreſſu, parte enim innitentes priore contrahunt ſeſe adducentes poſteriorem, arcuatimq; incedunt.

[h] *Acipenſer Branchias habet quaternas utrinq;* h. na. an. 2.13
ſimplices, ut dentices.[i] *Fel uero habet collectim in in-* i. nat. an. 2.15
teſtinis commiſſum iecori propius.

[k] *Acus inter longos piſces fel habet in iecore po-* k. na. an. 2.15
ſitum.[l] *Per hiemem ſuos edit partus.*[m] *atq; unus tem* l. na. an. 5.11 m. na. an. 13.1
pore pariendi utero debiſcente oua demittit. Habet enim rimam quandam ſub uentre imo ut Ceciliæ ſer-
pentes, a partu autem uiuit, & uulnus coaleſcit.[n] *Se* n. na. an. 6.17
ro foetificat, quampluresq; eius generis diſrupto ac debiſcente utero parit, non tam multitudine ouorum, quam maguitudine.[o] *Sunt etiam quorum uterus de-* o. genera ani. 3. 4.
biſcat & diſrumpatur; ut quæ acus uocatur præ ma

 gnitudine

gnitudine quorum. Hæc enim pro multis maiuſculos habet conceptus: quod enim natura numero demerat, addidit magnitudini. [a] Ex acus piſcis ſpinis nidus alcedonum fieri uidetur.

a.na.an.9.14

b.nat.ani.6.1 [b] Adrianæ Gallinæ, paruo quidem ſunt corpore, ſed quotidie pariunt, ferociunt tamen, & pullos ſæpe interimunt: color bis uarius.

c.nat.an.9.1. [c] Aegitus ſiue Salus, ſpinus & florus odium inter ſe exercent, & nimirum ſanguinem ægithi & flori miſceri non poſſe dicitur.

d.na.an.8.10 [d] Aerica ſiue Salus, uitio Infeſtatur diro, & pediculi ſub branchijs Innati quammultos interimunt, quod nulli ex cæteris accidit.

e.nat.ani.9.1 [e] Aeſalo Accipitris genus, Vulpi eſt inimicus, ferit enim eam, piloſq; eius euellit, occiditq; catulos, Vncis nanq; Vnguibus eſt.

f.nat.ani.6.6 [f] Aetolius Miluus nuncupatus, quaternos aliquando pullos excludit.

g.nat.an.9.1. [g] Alauda cum auibus quæ uariæ dicuntur, pugnat, eſt autem Iunconi amica. [h] Duo ſunt eius genera, alterum terrenum criſtatum Galerita a criſta appellatum: Alterum gregale nec ſingulare more alterius, Verum colore ſimile, quamquam magnitudine minus, & galero carnes, cibo uero idoneum. [i] In nido alaudæ Cuculus parit oua, ſicut etiam in palumbi

h.na.an.9.25

i.na.an.9.29

& curucæ. [a] Hyeme latet. [b] Et puluceratrix eſt, ut a.na.an.8.16
gallina & perdix. [c] Parit in nido oua, & ſuum nidũ b.na.an.9.49 c.nat.ani.6.1.
parere auræ cupit, ut Tetrix. [d] Magnitudine luteã d.na.an.9.13
adæquat. [e] Humi parit, & nunquam in arbore conſi e.nat.an.9.8.
ſtit, ut gallinago, & Coturnix.

[f] Albardeola, Lacus et fluuios petit ſicut Ardeola, quæ magnitudine minor eſt, roſtro lato, porrectoque. f. ant.ani.8.3

Albicilla, uide Aquila.

[g] Albicula, Fluuios & aquas amat, ut ardeola. g.nat.an.8.3

[h] Alcedonum genus aquas adamat, quod duplex eſt, alterum uocale harundinibus inſidens, alterum mutum, quod ampliore corpore eſt, utriq; dorſum cæruleum. Trochilus etiam hoc loco ponendus eſt, ſed apud mare alcedo quoq; uerſatur. [i] Non multo amplior paſſere eſt, colore tum cœruleo, tum uiridi, tum etiam leuiter purpureo inſignis, uidelicet non particulatim colore ita diſtincta, ſed ex indiſcreto uarie refulgens corpore toto, & alis & collo, roſtrum ſubuiride, longum & tenue. Viuit piſcibus, ſed amnes etiam ſubit aſcendens longius. Partus huic ouis maxime quinq; conſumitur. Fœtificat toto ſuæ ætatis tempore, parere nata menſes quatuor incipit. h. nat.ani.8.3 i. nat.an.9.14

[k] Alcyon circa Brumam parere ſolita eſt (cum genus auium omnium parte plurima uere ac ineunte k. nat.an.5.8

æſtate coeat) quamobrem quoties bruma ſerena exiſtit, Dies Alcyonij appellantur, ſeptem ante brumam, & ſeptem a Bruma, ut Simonides tradit. Nã ſeptem primis diebus, nidum conficere auem hanc fertur, reliquis ſeptem parere, educareq;. Dies Alcyonios fieri circa brumam non ſemper noſtris locis contingit. At in ſiculo mari pene ſemper id euenit; Paritq; Alcyon circiter quinq; oua. [a] *Omnium auium rariſſima uiſu eſt, fere enim circa uergiliarum occaſum brumamq; ipſam apparet: & ubi primum per portum non pluſquam nauem circumuolarit ſtatim abit, ut nuſquam prætereà uideatur, ut etiam Steſicorus ſcribit.* [b] *Pennas ſuperiores habet cæruleas,*

Alecces Piſces, ex harum & mugilum fœtura, fit genus apuæ. [d] *Grægales ſunt.* [e] Alec *ſiue Mæna utero grauis melior eſt, forma rotundior fœmina, porrectior mare & latior. Euenit ut cum fœtu impleri fœmina incipit, maris color in nigrorem, pluriſque uarietatis mutetur, et caro deterrima cibo efficiatur. Vocantur a nonnullis per id tempus hirci.* [f] *Bruma pariunt, & fœcundiſſimæ omnium piſcium eſſe uidetur.*

[g] Aloſa *& ſcarus, non ſunt in Euripo pyrrhæo.*

[h] Aluco *Maior gallinaceo, ululæ compar, picas utriq; uenantur.*

[i] Amia *Eſca cæteris piſcibus.* [k] *Carniuoræ tantum*

a. nat. ani. 5. 9
b. na. an. 9. 13
c. n. a. an. 6. 15
d. nat. an. 9. 2.
e. na. an. 8. 30
f. na. an. 6. 17
g. na. an. 9. 37
h. nat. an. 8. 3.
i. n. an. 4. 8.
k. n. an. 8. 2.

tum ſunt.[a] *Magna ex parte, ſed algam etiam tangunt.*[b] *In Alopeconneſo reperies.*[c] *Fluuios ſubeunt, & præſtant influentis & lacubus.*[d] *Eius fel toto in teſtino prætextum.*[e] *Sæpe etiã replicatum, reduxq; aliquatenus.*[f] *Celerius quam cæteri piſces adoleſcit, & præcipue in ponto, quippe cum ibi incrementum ſingulis diebus plane intelligatur.*[g] *Cum beluam uiderint aliquã, colligunt ſeſe, et quæ magnitudine præſtant, luſtrantes gregem circumuallant & ſi qua uiolatur, defendunt. Dentes his ualidi, & in dimicatione quandoq; ulnera accipiunt & ipſæ.*[h] *Subeunt pontum uere, æſtatemq; ibi traducunt.*[i] *grægales ſunt.*

a. nat. an. 8. 2.
b. na. an. 8. 15
c. na. an. 8. 19
d. par. an. 4. 2
e. na. an. 2. 15
f. na. an. 6. 17
g. na. an. 9. 37
h. na. an. 8. 15
i. nat. an. 1. 1

[k] *Anas totam gulam habet amplam & latam.*[l] *habet appendices infra qua deſinit inteſtinum.*[m] *Palmipedum grauis eſt, & circa lacus & amnes uerſatur.*

k. na. an. 3. 17
l. na. an. 3. 17

[n] *Angues membrana uernationis, quam ſenectutem appellant, exuuntur per uer.*[o] *Serpentem quendam minutum quem aliqui ſacrum appellant, angues prœmagni fugiunt.*[p] *Bipedes aut apedes angues circa Aethiopiam narrantur uolare.*[q] *a Buteone deuorantur, qui rapit eos atq; exedit.*[r] *Eorum ictus per loca plurimũ differunt. Aſpis enim anguis ex quo medicamentum illud putrificum componunt, in Africa gignitur, cuius ictui nullum remedium eſt. Naſcitur*

n. na. an. 5. 18
o. na. an. 8. 29
p. nat. an. 1. 5
q. nat. an. 9. 1.
r. na. an 8. 29.

eodem

eodem in agro in quo laſer, ſerpens quidam puſillus,
Cuius remedium lapis eſt, quem ex ſepulchro cuiuſ-
dam regis antiqui accipiunt eoq; perfuſo ex uino bi-
bunt. Italiæ locis quibuſdam morſus etiam ſtellionum
a.na.an.8.28 exitiales ſunt. [a] Eorum magnitudo mira in Africa ſi-
cut & fertur. Iam enim nonnulli ubi Triremi appli
cuiſent, oſſa bouum multorum uidiſſe narrant, quos
abſumptos eſſe ab anguibus non dubitarent, cum Tri
remes productus in altum quamprimum angues inſe
ctarentur, & nonnulli egreſſi Triremē euerterent.

b.nat.an.1.4. [b] Anguillæ Binas pinnas habent, quæ longæ le-
c.na.an.2.13 ueſq; ſunt. [c] Et iuxta branchias hærent. [d] Reliquis
d.par.an.4.13 quæ ſubditæ ſunt carent. [e] Cum ſint ex his quæ bran
e.par.an.4.13 chias habent pauciores, minuſq; continentes, fit ut diu
extra aquam uiuere poſſint. Non etiam multum re-
f.na.an.6.14 frigerationis deſiderant. [f] De fluuiis & lacubus in
g.na.an.2.15. mare deſcendunt. [g] Earum fel in iecore eſt poſitum.
h.nat.an.8.30 [h] In earum genere meliores ſunt quas fœminas nomi-
nant, quæ nomen fœminæ temere acceperunt. Non
ſunt enim fœminæ, ſed quia aſpectu a cæteris diſcre
pant, fœminæ appellantur. Gula exigua ipſis Ineſt.
i.nat.an.8.2. [i] Paucæ quædam certiſq; locis ueſcuntur limo, atq;
edulijs ſi quis apponat, ſed plurimæ dulci humore
uiuunt, idq; qui uiuarijs anguillarijs donat operam,
obſeruant, ut quam maxime pura ſinceraq; ſit aqua,

affluens ſemper, & affluens per ipſas, ubi uiuaria extruunt. Nam niſi aqua ſit clara, breui ſtrangulatæ, intereunt. Branchias etiam habent exiguas, hinc turbare aquam ſoliti ſunt qui eas piſcantur. Et quidē in ſtrymone amne circa uergilias capiuntur: Tunc etiam aqua & lutum aduerſis flatibus inturbantur, alioquin ſatius eſt quieſcere. Anguillæ non superfluitant mortuæ, nec ſurſum ut cæteri piſces efferuntur, ſunt etiam uentre exiguo. Pingue in paucis ineſt, plurimæ eo carent. Viuere exemptæ aquis uel ad diem quintum ſextumq; poſſunt, & aquilone plures diutius durant, auſtro minus. & ſi æſtate de lacu in piſcinam trãſferuntur, uiuere nequeunt ſed ſi hyeme, facile ſedis mutationem patiuntur. Nullam deniq; uehementem mutationem tolerant. Et quidē æſtate ſi in frigidam aquam transfers, omnes plærunq; intereunt. Quin & ſi exigua in aqua ſtabulentur, pereunt. Quod idem & cæteris piſcibus euenit. Strangulantur etiam ſi ſemper eadem in aqua exigua uerſantur, quo modo ſpirantia animalia intereunt, ſi in aere exiguo claudantur. Vita anguillis nonnullis, uel ad ſeptem octoq; annos protrahitur. Victus earum ut fluuiatilium, qui tum ex mutua ſui generationis præda, tum ex herba, radice, & ſi quid in cœno cõperiant, Nocte potius paſcere. interdiu ſecedere in

a.na.an.3.10 *altum ſolitæ ſunt.*[a] *Nullum omnino ouum generant*
b.na.an.6.14 [b] *Semen genitale non habent.*[c] *Pingue ſeparatum nō*
c.na.an.3.17 *habent, ideo per uentrem, & omentum non pingue-*
d.na.an.2.13 *ſcunt: paucum etiam eſt eis ſeuum in omento.*[d] *Le-*
e.par.an.4.11 *ues ſunt.*[e] *Neq; mares neq; fœminæ ſunt, neq; prolem*
ex ſe aliquam poſſunt procreare, ſed qui eas capilla-
mentis & lumbricis quædam ſimilia interdum annexa
ſibi gerentes uidiſſe aiunt, inconſiderate id aſſerunt,
antequam aduertant qua parte illa gerantur. Neq;
etiam aliquid eiuſmodi eſt, quod animal creet, niſi
prius generant ouum quod in nulla anguilla uiſum
eſt, & quæ animal gignant ſuo in utero fœtum conti-
nent, non in uentriculo. Ita enim non ſecus quam ci-
bus concoquerentur primordia genituræ. Quam au-
tem differentiam maris et fœminæ anguillæ notarunt,
ſcilicet, alteram caput habere amplius atq; oblon-
gius; alteram hoc eſt fœminam repandius, hæc non
f.na.an.3.16 *maris ac fœminæ differentia eſt, ſed generis.*[f] *Nec*
per coitum procreantur, nec pariunt oua. Nec uero
capta unquam aliqua eſt, quæ aut ſemen genitale aut
ouum haberet. Meatus quoq; uel ſemini uel uuluæ ac-
commodatos nulla reſciſſa oſtendit. Sed hoc unum in-
ter ſanguinea genus totũ ſine coitu ſine ouo procrea-
tur, quod ita eſſe argumento conſtat, quod in nonnul-
lis fæculentis ſtagnis aqua omni exhauſta, & limo

 detracto,

detracto, anguillæ denuo generantur, ubi aqua acceſſerit pluuia: Nam ſiccis temporibus gigni nequeunt, etiam in lacu perenni, quippe quæ imbre & uiuant, & alantur, ſed hoc genus non coitu, non ouo creari apertum eſt: Videntur tamen nonnulla habere facultatem gignendi, quod in aliquibus lumbriculi fiant: His etiam generari anguillas creditur, quod error eſt; Sed certe ex his prodeunt, quæ terræ inteſtina uocantur, quæ ſponte in luto, humeſcenteq; humo proueniunt. Iam aliæ abſolutæ uiſæ ſunt, aliæ ſcalptis, diſcerptiſq; intus apparuerunt. Oriuntur hæc inteſtina dicta, tum in mari tum etiam in fluuiis, ſtagniſq; putredinis maxime ratione, ſed in mari, qua algæ ſunt: In ſtagnis autem & fluuiis iuxta ripas; Calor enim eas ſubiens partes, facit ut putreant.

[a] *Anſeres aliquas iuuenes coitus expertes parere* a.nat.an.9.22
hipenimia oua uiſum eſt. a[b] *coitu ſeſe aquis ingurgi-* b.na.an.6.2
tant.[c] *Ipſarum gula tota ampla & lata eſt.*[d] *Trice-* c.na.an.3.17 d.nat.an.6 6.
nis diebus incubant.[e] Anſerum *fœminæ tantum incu-* e.nat.an.6.8
bant, quæ ut cœperunt, nunquam intermittunt, ſed
perpetuo fouent incubitu.[f] *Inteſtino appendices ha-* f.na.an.3.17
bent.[g] Anſer *maior, & minor qui gregatilis eſt uul-* g.nat.an.8.3
panſer petit uictum a mari & a Lacu.[h] Anſeris *ouũ* h.na.an.5.33
non minus quam Crocodili fluuiatilis.[i] *Meatus ha-* i.nat.an.3.1.
bent ex teſticulis euidentes, ut cæteræ magnæ aues.

a.na.an.8.12 [a] *Exauibus gregales ſunt & maior & minor.* [b] *Ve-*
b.nat.an.1.1.
c.nat.an.2.1. *recundæ et cautæ ſunt.* [c] *inter pedum fiſſuras quidam habent adiectum contexens, ut & Cameli.*

Antherina, Vide ariſta.

d.nat.an.9.37 [d] *Anthias ubi eſt, nullam ibi Belluam eſſe confeſſum eſt; quo iam indicio ſecure ſpongiatores urinantur, & ſacrum hunc piſcem ob eam rem nominant: ſed id caſu ſic euenire dixerim.*

e.nat.an.8.5. [e] *Aper ab urſis inuaditur, ſi etiam repenteq; potue-*
f.nat.an.1.1. *rit agere.* [f] *animoſi & peruicaces ſunt, brutiq; om-*
g.par.an.2.4. *nino.* [g] *animoſi, iracundi, furibundiq; ſunt. Sanguis*
h.na.an.9.50 *etiam eorum fibris refertior eſt.* [h] *Nõ refert qua æta-*
i.na.an.8.28 *te caſtretur.* [i] *In Africa non eſt aper. Vide Sues Feræ.*

k.nat.an.4.9. [k] *Aper Piſcis, quem amnis Achelous gignit, uocalis habitus eſt.*

l.nat.an.1.1. [l] *Apes Melle et quibusdam aliis dulcibus aluntur, & cibo ſui generis utuntur ut aranei. Domicilium ſi-*
m.na.an.8.5. *bi parat ut Talpa.* [m] *ab urſis deuorantur.* [n] *Pennas*
n.nat.an.4.7. *habent quaternas, & a cruſta detectas nullo caule*
o.nat.an.4.8. *conſtantes, & nulla ſciſſura diſcretas.* [o] *Mel procul ſentiunt, & nullam ad rem putridam ſolent aduo-*
p.genera.ani. 3.10. *lare, ſed dulcia petunt.* [p] *Apum generatio magnam recipit ambiguitatem, cum etiam in genere piſcium talis quædam ſit generatio nonnullorum ut ſine coitu*

generent,

generent, hoc idem in apibus euenire uidetur, quod ſenſus ratioq; apparens admoneat. Aut etiam aliunde portare fœtus eas neceſſe eſt, ut quidam, eumq; uel ſponte naſcentem uel ab aliquo animali editum, aut ipſas generare, aut partim portare partim generare, Nam id quoq; aliqui dicunt, fucorumq; fœtum tantum portari opinantur, Item generare eos aut per coitum aut ſine coitu & per coitum generare aut ſingula genera per ſe aut quodlibet unum cætera aut aliud cum alio iunctum, uerbi gratia, apes ex apibus coeuntibus inter ſe gigni fucos ex fucis reges ex regibus aut cætera omnia ex uno, ut ex ijs qui reges et duces uocantur aut ex fucis & apibus. Sunt etiam qui fucos mares eſſe, apes fœminas arbitrantur, alij contra apes mares eſſe, fucos fœminas opinantur. Quæ omnia impoſſibilia ſunt ratiocinanti, partim ex ijs quæ apibus priuatim eueniant: partim ex ijs quæ cum cæteris ſint animalibus communiora. Nam ſi non ipſæ pariunt, ſed aliunde portāt fœturam, oriri apes oportet etiam ſine ulla opera apum, ſcilicet eo loco de quo ſemen portetur. Cur etiam tra$\mathrm{\bar{s}}$lato ſemine oriantur: manente ſuo loco non oriantur? prorſus oriri nihilominus conuenit, ſiue ſponte in floribus ſemen id naſcitur ſiue ab aliquo editur animali, quanquam non apes, ſed illud animal gigni oportebit, quod ſe-

men

men generet. Ad hæc, *mel portari ab apibus rationis eſt, cibus eſt etiam, at fœtum alienigenam deferre, abſurde credideris. Nam cuius rei gratia quæſo? quando omnis labor qui prolis cauſa ſuſcipitur, in ea, quæ propria eſſe uidetur. Nec uero apes fœminas eſſe fucos mares ratio patitur: arma enim ad pugnam, uireſq; exercendas nulli fœminæ a natura tribuuntur. Sunt autem fuci inermes, carent etiam aculeo: apes omnes aculeo armantur, nec contradici ratione probabili poteſt apes eſſe mares, fucos fœminas: Mas etiam nullus ſolet in prole elaborare, quod apes faciunt omnino, cum fœtus fucorum gigni uideatur, etiam cum nullus eſt fucus:* Apum *autem non gigni ſine regibus, & quidem ob eam rem fœtum fucorum tantum portari aliqui putant. Conſtat non per coitum gigni, uel ex alterutro genere ſecum cœunte, uel ex apibus & fucis, portari etiam fœtum fucorum tantum cum Impoſsibile ſit, tum ratio aſpernatur, ut in genere earum toto, talis affectio non eueniat. Quin etiam fieri non poteſt, ut ipſæ apes partim mares, partim fœminæ ſint in omnibus enim generibus mas a fœmina differt, generarent etiam ſe ipſæ: at nullus earum cernitur fœtus, niſi duces aſſint. Commune autem argumentum tam ad agendam uiciſſim generationem, quam ad eam quam fuci efficiant, & ſiue*

ſeorſum

ſcorſum, ſiue promiſcue agi dicitur, quod nullum eorum coire unq; uiſum eſt. At ſæpenumero eueniret, ut coitus cerneretur, ſi alterum mas, alterum fœmina in ijs eſſet. Reliquum eſt, ut ſi per coitũ oriantur, reges coeuntes inter ſe generẽt: at fuci oriri uiſuntur, etiam cum nulli ſunt duces, quorum fœtum nec portare, neq; parere apes ſuo coitu poſſunt. Relinquitur itaq;, ut piſcibus euenire uidemus, apes ſine coitu fucos generent, & fœminæ ſint, qua generant ratione: ſed habeant intra ſe ut plantæ ſexum maris & fœminæ: quam ob reni ijs datum eſt inſtrumentum ad pugnam. Nec fœmina appellandum eſt, in quo mas diſtinctus non eſt. Quod ſi in fucis id euenire uidetur, ortuſq; eorum exiſtit ſine coitu: Iam & apibus & regibus eandem ſeruari rationem neceſſe eſt, ut ſine coitu procreentur. Cæterum ſi ſine regibus gigni fœtus apium uideretur, apes etiam ſine coitu ex ſe generari neceſſe eſſet ſed cum hoc negẽt, qui in eorum animalium cura uerſantur, relinquitur, ut reges & ſe generent & apes. Itaq; cum ſingulari quadam peculiariq; natura genus ſit apum, ortus quoq; peculiaris merito eſſe percipitur. Nã ut apes ſine coitu generẽt, minus proprium eſt, cum idem uel in alijs eueniat animalibus, ne idem procreent genus, proprium eſt: rubri enim generant rubros, & biatulæ biatulas: Cau-

ſa eſt quod ipſæ generantur, non ut muſcæ & reliqua id genus animalia, ſed ex diuerſo tamen cognato genere prodeunt: ex ducibus enim oriuntur: quamobrem proportio quodammodo in eorum generatione ſeruatur, duces etiam magnitudine fucis, aculeo apibus ſimiles ſunt. Apes igitur aculeo regibus aſsimilantur, fuci magnitudine: aliquid etiam diſcriminis ineſſe neceſſe eſt, niſi ſemper genus ex quouis idem gigni neceſſe ſit: quod impoſsibile eſt: ita enim genus totum duces eſſent. Apes itaq; uiribus & pariendi facultate ſimiles ducibus ſunt: fuci magnitudine æmulantur: quod ſi aculeum quoq; haberent, duces utiq; eſſent. Sed nunc idipſum ex propoſita quæſtione reſtat & ſolutum tam eſt: quæ etiam ſuperius dicta ſunt, totam hanc ſoluunt quæſtionem. Duces etiam ijdem ſimiles ſunt generi utriq;, qua etiam aculeum gerunt apibus; qua magnitudine præſtant, fucis aſsimilantur. Sed duces etiam ipſos ex aliquo gigni neceſſe eſt. Itaq; cum nec ex apibus, neq; ex fucis creentur: ipſos ſe etiam generare neceſſe eſt. Cellulæ eorum nouiſsimæ conſtruuntur nec multæ numero; Itaq; euenit, ut duces generent & ſeipſos, et aliud genus quod apum eſt. Apes aliud generent, id eſt, fucos: ipſum uero fuci non inſuper generent, ſed hoc ipſi priuentur. Cum etiam ſemper quod ſecundum

naturam eſt ordinem habeat, ideo fucos ea quoque facultate priuari ut aliud generent, neceſſe eſt: & quidem ita hoc euenire uidemus. Ipſi etiam generantur, nil uero aliud generant, ſed in ternario numero finem generatio recipit. Atq; adeo bene inſtitutum eſt a natura, ut ſemper hæc genera ſeruentur, & nullum deficiat, quanquam non omnia generent. Ratione illud etiam euenit, ut annis proſperis copia mellis proueniat, & fucorum: Imbribus uero crebris fœtus omnino ſuperet: humor etiam facit plus excrementi in corporibus ducum. Annum uero temperies facit hoc idem in apibus; cum enim corpore ſint minore temperiem magis deſiderant. Recte etiam reges intus manent immunes omni negotio neceſſario, quaſi nati ad ſobolis procreationem. Magnitudine itē præſtant quaſi ad prolem generandam corpus eorum ſit inſtitutum. Conuenit & fucos otioſos inertesq; eſſe, cum nulla habeant arma, quibus de cibo poßint dimicare; cumq; pigritia tarditateq; corporis degenerēt, apes medium inter reges, & fucos tenent: Ita enim, et utiles ad negotia, officioſæq; operariæ eſſe poſſunt, utq; et filios alant et parentes, quin & ſequi ſuos reges, ut faciunt, conſentaneum eſt rationi, qua generationem apum a regibus proficiſci ſtatuimus: Nā ſi tale quid eſſent, ratione carerent ea quæ aguntur

in earum imperio: atq; etiã regibus concedere nil laboris ſuſcipere, ut parentibus, fucos uero caſtigare ut filios, iuſtius enim filij caſtigantur, & quorum negotium nullum eſt. Apes autem multas a ducibus ipſis paucis generari, ſimile uidetur Leonum generationi: qui cum primum quinq; numero genuerint, mox pauciores generant, poſtremoq; uerum: tum deinde nullum. Nam & apum duces primum multitudinem generant, mox ſeſe paucos, atq; illarum fœtum minorem, ſuum uero auctiorem: quod enim eorum numero natura ademerat, id magnitudini addidit. Generatio apum ita ſe habere uidetur, tum ratione, tum etiã ijs, quæ in earum genere euenire uiſuntur: non tamen ſatis adhuc explorata quæ eueniant, habemus. Quod ſi quando ſatis cognita habebuntur, tunc ſenſui magis erit quam rationi credendum. Rationi etiam fides adhibenda eſt, ſi quæ demonſtrantur, conueniunt cum ijs quæ ſenſu percipiuntur, rebus. Apes ſine coitu generare argumento illud etiam eſt, quòd fœtus exiguus admodum in cellulis faui cernitur, cum inſecta quæ per coitum oriuntur, coeant diu, pariant breui, magnitudine ad ſpeciem uermis. Quod ad generationem cognatorum ijs animalium pertinet, ut crabronum, ueſparumq; ſimilis quodammodo ratio eſt: ſed defuit his locuples naturæ dotatio merito, nam

enim

enim (ut apum genus) habent diuinitatis: generant quippe matrices uocatæ, primoſq; fauos confingunt: generatione uero coeundo inter ſe funguntur. Viſus eſt enim ſæpe eorum coitus, ſed quot nam differentiis hæc genera aut inter ſe diſsideant, aut cum apibus, petendum eſt ex ijs quæ per hiſtorias explicauimus. [a] *Animoſæ ſunt, aculeumq; pro armis obtinuere, qui intra aluum conditus eſt, ut & ueſpæ.* [b] *Prudentiores ſunt etiam nonnullis animalibus ſanguinem habentibus.* [c] *Eas dormire argumentum eſt, quòd requiem capiunt, motuq; omni proculdubio ceſſant: quieſcunt enim noctu, & conticeſcunt, ut nullus omnino bõbus ſentiatur.* [d] *Quauis gregales ſint, et ipſæ ſibi cibaria faciãt, atq; recõdat, habent etiã quo altero cibo alantur, quod quidam Ceraginem, alij cereũ uocant, uerum hoc deterius eſt, & dulcedine prope ficus, congerunt id quoq; ut ceram ſuis cruribus. Perquam uaria in earum operatione & uita, ratio eſt: Cum enim alueum receperint mundum, conſtruere incipiunt fauos, deferentes ex floribus, atq; etiam arborum lachrymis, ſalicis, & ulmi, & reliquarum, quæ glutinum pariunt. His pauimentum quoq; Illinunt, ne beſtiolæ nocuæ ſubeant. Aditus etiam ſi ampliores ſunt, fabrica obſtruentes coarctant. Effingunt fauos primum in quibus ipſæ gignantur: dein-*

a. par. ani. 4. 6

b. l. na. an. 9. 14.

c. c. na. an. 4. 10

d. d. na. an. 9. 30

de in quibus reges dicti, & fuci. Suos certe ſemper componunt, ſed regum, cum fœtus largior eſt, fucorum autem, cum copia mellis ſperatur fauos regum minores faciunt iuxta ſuos: fucorum iuxta regum minores quam ſuos. Exordium operis a tecto aluei, textuſq; ad pauimentum perpetuo ſtabilimento agitur, pluresq; ad pauimentum telæ deducuntur. Cellæ autem & mellariæ, & ſobolariæ geminæ omnes ſunt: Vno enim eodemq; interſepto, duæ ſibi iungūtur cellæ, modo poculi genimi altera intus, altera fores. Cōpages, qua parietibus fani adhærent, arctioris & melle uacue relinquuntur, gemino aut triplici uerſu: pleniores enim ſunt faui, quibus plus ceræ obducitur. Pars aditus aluei prior illita eſt ex commoſe, ſic enim uocant, quòd uelut excrementum purgamentumq; ceræ eſt, bene nigrum, acriſq; odoris. Medêtur hoc plagis, & huiuſcemodi ſuppurationibus proximum ab eo tectorium picatus cereus præbet, læuius id quàm commoſis medicamentum eſt. Sunt qui fucos & per ſe fingere fauos eodem in alueo, & cum apibus negotium conficiendi faui partiri dicant: Verum mellificandi nullam habere facultatem, ſed ueſci tum eos, tum eorum pullos melle, quod apes fecerint. Manent fuci magna temporis parte intus, cumq; exeunt, efferunt ſeſe fuſim in ſublime, giroq; uolitant, & qua

ſi

ſi exercitũ faciunt: quod ubi ſatis iã fecerint redeunt domum, & epulis perfruuntur. Reges nunquam prodeunt, foras, uel ut paſcantur, uel alia cauſa, niſi uniuerſa cum plebe, & ſi cum pergunt, rex ipſe forte aberrarit, omnes inquirere, odoratuq; ſagaci perſequi, donec inueniant, accepimus. Geſtari etiam eũ a plebe cum uolare non poteſt, & ſi perierit, omnes diſcedere: uel ſi aliquandiu manſerint, fauos quidem conficere, ſed mel nullum: nec fieri poſſe, quin breui omnes diſcedant. Cerã apes perreptando flores, capiunt, priorum acumine pedum: mox priores in medios abſtergunt, et medios in blæſa poſteriorum; atq; ita onuſtæ diſcedunt, & quidem grauari præmiq; onere cernuntur, quoties redeunt. Mos apibus, ne florum plura genera petant Vno eodemq; profectu: ſed ſingulis ſingula, uerbi gratia, a uiola ad uiolam aduolant, nec aliud attingunt, quouſq; ſuũ in alueum redeant. Hic ſe quatiunt, & ſingulas tres aut quatuor ſequuntur, ſed quid accipiant haud facile uideris, nec uero quemadmodum operantur, uiſum adhuc eſt. Ceræ congeſtio notari potuit in eis, cum diutius in eadem morentur, propter frondẽ eius arboris ſpiſſiorem. Poſthæc fœtificare incipiunt, nec prohibet quicquam quo minus eadem in cella ſint, & pulli, etiam mel, & fuci. Gigni fucos ſeorſum dicitur, ſi

dux uiuit: ſed ſi obijt, in apum loculamentis oriri ex ipſis apibus, atque hos fieri animoſiores, quocirca aculeatos uocari, quamuis aculeo careant: animo nanq; feriendi, non poteſtate, nomen hoc meruerunt. Sunt eorum: ſed magna ex parte fauis apum inſeruntur, quapropter ſecundum eſt. Differunt inter ſe apes parentibus natæ Vrbanis, & quæ ruſtico montanoq; uictu educatis prodiderint: ſunt enim hæ ſylueſtres horridiores aſpectu, & iracundiores & minores: ſed opere ac labore præſtantiores. Genus frugi fauos ſuos æquabiles conſtruit, ſupernumq; totum operimentum politum apponit, & ad ſingulos uſus fauum ſingulatim effingit, uidelicet partem aliam ad mella, aliam ad prolem, aliam ad fucos accõmodatam: quod ſi acciderit, & eodem in fauo omnia hæc recipiantur, loculus alter deinceps diſpoſitus habetur inanis. At uero illæ porrectiores, fauos inæquales conficiunt, et operimentum retumidum perinde ut Crabrones imponunt: fœtum etiam, & reliqua ſine ordine ſtatuunt. Duces improbi ex his oriuntur: & copia tum fucorum, tum etiam eorum quos fures uocant, ſed mellis, aut nil, aut admodum parum opera earum conficitur. Incubant apes fauis ſuis, & concoquunt, quod niſi fecerint uitiari ex aranea fauos aiunt, quod ſi de cætero continere ſe potuerint, ut incubitu perſeuerent,

partis

partis quaſi abortus ſit, ſin minus, toti pereunt faui. Gignuntur in ijs quæ uitiantur, uermiculi, qui mox pennis ſub natis euolant. Curant etiam apes, ut faui erecti ſtent, quod ſi qui corruerint, erigunt, & pilis fulciunt fornicatis, ut ſubire poſſint. Cum enim uia qua accedant non datur, ceſſant incubitu: Vnde fit, ut faui araneentur. Furis & fuci nullum eſt munus, ſed cæteris quibuſcũ uiuunt, iniuriã faciunt, non tamen impune ſemper, Nam depræhenſi interdum a bonis, apibus occiduntur. Enecant nimirum ipſe etiã duces, qui plures quàm ſatis ſit habeantur: & potiſſimum improbos, ne principum multitudo ſæditiones in examine faciat: Necant præcipue, cum non ampla ſobolis copia extitit, nec habent tanquam coloniã mittant. Fauos etiam regum eo tempore ſi parati ſunt, diruunt, ut pote cum deſint, quibus mittendis duces ipſi præficiantur: necnon fauos tollunt fucorum, ſi mellis penuriam coniectantur: nec aluei annona ſuperioris anni abundant: & apiarium eximentem de melle tunc præcipue impugnant, ac præſentes fucos expellunt, & quidem ſæpe uiſuntur foris in alueo reſidentes exules. Flagrant odio breues contra longas easq; alueis pellere conatur: qua in pugna, ſi illæ uicerint, optimum ita fore examen putatur: Sed ſi hæ ſolæ remanſerint, otioſæ uiuunt, & nil boni integre

faciunt

faciunt: pereunt etiam ipſæ antequam autumnus ſit. Student bonæ apes quoad fieri poteſt, ne quam intra alueum interimant: & ſi qua interierit intus, ſtatim foras cadauer educunt. Reges nunquam foris uiſuntur: niſi cum migratur: & tunc ita, ut reliquæ omnes circa ipſum principem ſuum glomerentur. Cum uero migrandum eſt, uox ſolitaria & peculiaris quædam aliquot ante diebus intus mittitur: & biduo aut triduo paucæ circum alueum uolant. An rex etiam inter eas ſit, nondum exploratum habemus, quoniam difficile cognitu eſt. Collectæ iam auolant, & per ſingulos reges diuiduntur. Et ſi forte paucæ prope multas conſiſtunt, concedunt paucæ ipſæ ad plures, ac regem, quem reliquerint, ſi ſequatur, interimunt, diſceſſus & migratio ita agitur. Singulis autem muneribus ſe diſtribuunt, ut aliæ flores conuehant, aliæ extruant, aliæ poliant fauos, & dirigant. Aquam tunc portant, cum prolem nutriunt. Carnem nullius animalis tangunt, nec obſonium appetunt. Nullum his tempus certum conſuetumq; eſt, quo operari incipiant, ſed cibarijs non carent, beneq; degunt: æſtiuo potiſſimum tempore opus aggrediuntur, & quandiu ſerenum ſit, aſſidue operantur. Nouellæ etiam tertio quam prodierint die, ſtatim negotium ineunt, ſi cibus non ſuppetit. Cumq; incubant, digrediuntur

nonnullæ

nonnullæ ad paſtum, ſed breui redeunt. Proles fœlicis exanimis quadraginta diebus intermittitur, tantummodo a bruma cum ſatis iam concreuiſſe pullitiẽ ſenſerint, cibo appoſito derelinquunt: ipſa uero cum datur facultas, rupto operculo exit. Beſtiolas quæ in alueis naſcuntur & fauis officiunt, apes notæ melioris tollunt, & rem familiarem tuentur: ſed alteræ pro ſuo uitio negligunt, & perire patiuntur. Cum fauos apiarij eximunt, cibi tantum relinquunt, quantum per hiemem ſufficiat, quod ſi ſatis ſit, ſeruatur examen: ſin minus, uel moritur ibidem, ſi ne diſcedat, hiems obſtat, uel deſerit ſedẽ, ſi ſereniũ nanciſcitur. Inferunt iniuriã apibus maxime ueſpæ, et auiculæ quas paros uocant, atq; etiam hirundo et merops, qui apiaſter eſt: tum uero ranæ lutariæ, eas ubi ad aquam acceſſerint, rapiunt. Nullum animal niſi ſui generis apes fugiunt: præliantur enim inter ſe, & cum Veſpis, ſed cum ruri ſunt, nec ſibi inuicẽ, neq; ullis aliis iniuriantur: at uero apud ſuos alueos pugnant acerrime, & hoſtes quos uicerint, enecant. Intereunt quæ percuſſerint, quoniam ſiue inteſtini eruptione, aculeus eximi non poteſt: ſæpius enim euadunt, ſi qui ictus eſt, curam adhibet, ut aculeus infixus iunctus cum aluo extringatur, alioqui apis interit. Necant uel maxima animalia ictu ſui aculei: Nam equus occiſus

ab apibus eſt: ſed principes minime irritantur & feriunt. Efferunt foras apes uita in alueo defunctas et cætera. Mundiſſimum omnium hoc animal eſt: quã ob rem ſæpenumero cum alui neceſſitas eſt, auolant, & in ſeceſſu reddunt excrementum, quoniam male oleat. Oderunt non ſolum fœdos odores, ſed etiam Vnguentorum delitias, ex quo fit ut homines delibutos percutiant. Pereunt apes tum alijs caſibus, tum uero cum multi principes orti, partem quiſq; ſecum quo libuit abducat. Rubeta etiam apes interimit, ſubiens enim aditus aluei, afflat, & obſeruans rapit euolantes. Nec uero nouellæ ipſæ ut ueteranæ pungunt, cum copia mellis non ſuppetit. Apum ſeniores intus operantur, hirtioresq; moræ domeſticæ ratione ſunt: Adoleſcentes foris negotium exercent, & ea quæ res exigit, portant: leuioreſq; ſunt labore hirſutie detrita. Fucos etiam ipſæ interimunt, quoties non ſatis loci operibus eſt: Tenent enim aluei locum penitiorem. Morbo examina ualentiora potiſſimum infeſtantur clero (ſic enim uocant Vermiculos qui in pauimento naſcuntur) e quibus creſcẽtibus uelut aranea alueo toti obducitur, & faui carie pereunt. Paſtus gratiſſimus apibus Thymum eſt, ſed rubido albidum præfertur: locus æſtate non feruidus, hieme tepidus: ægrotant eo potiſſimum tempore, cum per

æruginoſam

*æruginoſam materiem operantur. Quoties uero flatu
uehemẽti iactantur, lapillũ geſtãt, quo ſe quaſi fulcro
et fundamine quodã ſtabiliant contra flatum. Bibunt
ſi fluuius ſit propinquus, non aliundè quam ex eo, poſt
to onere: ſin minus, aliũde humore hauſto pergunt ire
ad mel euomendum, confeſtim què negotiũ repetunt.
Cõficiunt cerã cum ſtirpes florẽt. Hæc ſunt unde ac-
cipiunt: Thymus, fuſus agreſtis, ſertula cãpana, albu
cum, myrtus, phleus, uitex, geniſta: Cumq; ex thymio
cõficiunt, aquam admiſcẽt, antequã fauus occupetur.
Minores officioſiores maioribus ſunt, ut dixi, pennæ
his detritæ, color niger, dorſum repãdum: Illæ nitidæ
tenuſteq; ſunt, more otioſarum mulierum. Gaudere
etiã plauſu atq; ſonitu apes uidẽtur: quapropter tinni
tu æris aut fictilis conuocari eas in alueum aiunt. quã
quam incertum eſt, an audiant, et uoluptate ne, an for
midine ita faciant. Quoniam & ſocias otioſas ac de-
ſides, aut minus parcas pellere in more apibus eſt.
Tempore matutino omnes ſilent, donec una gemino
aut triplici bombo excitet omnes, tum uniuerſæ ad
opus prouolant. Cumq; redierint, primum item tu-
multuant, paulatimq; minus ſubinde ſtrepunt, dum
una circunuolitando ſuſurret, quaſi dormiendum præ
cipiat, tum repente omnes conticeſcunt. Dignoſci-
tur examen ualere ſuſurri frequentia, & exeundi in-*

grediendiq; uertiginoſa agitatione: Tunc enim nouellæ operantur. Eſuriunt ab hieme potiſsimum cũ opus incipiunt. Redduntur otioſiores, ſi in eximendis fauis plus mellis relinquatur. Agunt etiam anxius ſi plus demetatur, quam ut reſiduum cibo ſufficiat: atq; etiam ſi aluens iuſto amplior ſit, deſidiſiores redduntur, ægrius enim, quaſi deſperent, operi incumbunt. Præſagiunt apes & hiemem & imbres; cuius rei indicium eſt, quod non auolant, ſed ſereno adhuc in alueo uolutantur. Minus apes fœtificant, ſi uer ſerotinum ſit, aut ſquallor aut rubigo inciderit.[a] *Floribus uiuunt.*[b] *His nomen nullum commune eſt inditum, quemadmodum nec crabronibus, Veſpis, cæteriſq; generis eiuſdem.*[c] *Hæ etiam atq; eiuſmodi alia animalia, ingenioſiora multis carentibus ſanguine ſunt.*
[d] *Cæteræ apes in concauis, imiſq; fauorum proueniunt: Duces ſubter ad fauum pendentes oriuntur ſeparatim ſex aut ſeptem.*[e] *Fauos primum conficiunt, mox collocant fœtum ore emittentes ſuo, ut ijs placet qui cenſent aliunde prolis primordia conuehi: deinde cibi cauſa mellificant, tam æſtate quam autumno. Conſtruunt fauos e floribus, ceram ex lachryma arborum fingunt, mella ex rore aeris, ſiderum exortu potiſsimum, & arcus cœleſtis incubitu contrahunt, & omnino ante uergiliarum exortum mel non fit. Fa-*

a. na. an. 9. 42
b. nat. an. 4. 7.
c. par. an. 2. 2.
d. na. an. 5. 21
e. na. an. 5. 22

uos itaq; (ut dictum eſt) floribus faciunt, mel autem nam ipſas facere apes, ſed rorem candentem deferre, argumento eſt, quòd uno aut altero die, cellas melle repletas inueniunt apiarij. Colligunt apes ex omnibus quæ florem caliculatum ferunt, atq; etiam ex cæteris in quibus dulcedo eſt: & lingua ſuſceptum genus id ſaporis deportant, ſine ullo fructuum detrimēto. Scadones autem (ſobolem dico) optime fiunt, cum mellificatur: aggerunt ſuis cruribus ceram, atq; erithacam, mel ore euomunt in cellas. Primordium regum colore cernitur fuluo, corpulentia mellis craſſioris, magnitudine illico proxima ſuæ futuræ ſobolis. Nec primum ex eo Vermiculus gignitur, ſed ſtatim apis, ut aiunt. Qua autem parte fœtus conſtitutus ſit, mel ibi e regione conficitur. Schadones ſi fœtus oppreſſus intercipiatur, truncatæ ſine pennis & cruribus prodeunt. Sed ſi liberæ ad finem generationis, uenerunt, rapta qua cinguntur membrana, euolant. Stercus quandiu fit Vermis, emittit: poſtmodum, non. Si quis capita ijs demat, priuſquam pennas habeat, pro pabulo nimirum apibus ſunt: & ſi fucum ademptis pennis in alueum reijcias, ipſæ reliquorum pennas erodunt. Vita apum anni ſex, nonnullæ etiā ſeptem poſſunt complere: quòd ſi examen nouem aut decem annos durauerit, proſpere actum eſſe exiſti-

matur. Genus quoddam apum in ponto eſt candidum ualde, quod bis menſe mellificet. Apud Themiſcyram circa Thermodoontem amnem, apes tam in terra quam in alueis faciunt fauos, qui parum admodum ceræ contineant, & mel craſſius reddant. Sunt etiã apes, quæ fauos ſub terra triplici ordine faciant, in quibus mel eſt, Vermis nullus, ſed nec faui omnes
a.na.an.8.14 *eiuſmodi ſunt, nec apes ita omnes confingunt.*[a] *Apes etiam quandiu algor uehemens eſt, ceſſant & latent, cuius rei argumentum, quod minime cibum ſibi appoſitum guſtare uidentur, & ſi qua erepſerit, ieiuna ſpectatur, uentre translucente, nulloq; penitus contento, quod manifeſtum ſit. Quieſcunt ab occaſu uergiliarum, uſq; ad uer: Conduntur autem quæq; locis apricis abdita, & ubi cubile conſtituere tutius*
b.nat.an.1.5. *ſolent.*[b] *Plures habent pedes, ac membrana ſicca uo*
c.gene.an.4.4 *lant.*[c] *Monſtrum non generant,; Cellulis enim di-*
d.nat.an.4.9. *ſcretis, partus earum continetur.*[d] *Murmur ædunt.*
e.gene.an.5.6 [e] *Unicolores ſunt magis quã crabrones aut Veſpæ.*
f.par.an.4.6 [f] *Apes & reliqua generis eiuſdem, ſemper prioribus cruribus uallant, & ſe protegunt.*[g] *Patet hoc in*
g.par.an.2.ulti. *apum & muſcarum genere, & omni generis eiuſdẽ quod foris gerunt uelut aculeum fungoſum & cauũ, ut eo ſimul & guſtare, & cibum trahere poſſint.*
h.gene.ani.3.ulti. [h] *In his cæteriſq; ſimilibus, incrementum Vermium*

apertum ſit: principio enim partem inferiorem magnam, ſuperiorem habent minorem. [a] *Inſectorum officioſiſſimum, & præ cæteris fere omnibus animalibus, genus apum & formicarum eſt, ſicut & crabrones ac Veſpæ: & aranei, omnia enim prope huius generis cognata, ingenioſiora in uitæ muneribus ſunt.* [b] *Apum uermes quandiu recentes ſunt & aluntur, tantiſper & ſtercus emittere uidentur: At cum formæ liniamenta receperint, ſub qua facie Nymphæ apellantur, iam neq; cibum præterea capiunt, neq; ullum reddunt alui excrementum: ſed coerciti & contracti quieſcunt: nec ullo pacto mouere ſe patiuntur uſq; dum ſpecies deſtinata perficiatur, quo facto euolat proles, rupto quo continebatur folliculo.* [c] *Apibus beſtiolæ quædam in alueis innaſcuntur, quæ fauis officiant. Vermiculus item ſpecie aranei, nocet fauis, quem alii clerum, alij pyrauſtum uocant. Hic ſibi ſimilem forma aranei parit in fauo, & facit ut examen ægrotet. Obeſt etiam alia quædam beſtiola ſimilis hepiolo papilioni, qui lucernarum luminibus aduolat: hæc puluerem ſpirando in alueo parit, nec aculeo ab apibus ſtimulatur, ſed tantũ fumo abigitur. Erucæ quoq; naſcuntur in alueis, teredines dictæ, quas apes non Inſectantur.* [d] *Hæ & formicæ, quibus non in ore aculeus; dentes habent, cibi ſcilicet*

a.na.an.9.38
b.na.an.5.19
c.na.an.8.27
d.par.an.4.6

aut

aut conficiendi, aut capiendi, admouendiq; gratia.

a.na.an.3.12 [a] *Necpemia apum, aut quæuis infiſſa renaſci poteſt, cum euulſa eſt. Aculeo etiam his detracto, nullus ſubnaſcitur alius, immo breui moriantur, neceſſe eſt.*

b.nat.ani.1.1. [b] *Apodes Aues quæ depedes ſunt, a paruitate pedum ſic nominantur, quod genus auiculæ pennis plurimum Valet, ſicut cætera quoq; prope ſimilia ut pennis præualere, ſic pedibus degenerare uidentur, ut hyrundo et falcula ſiue riparia, Hæc enim omnia & moribus, & uolatu, & ſpecie proxima inter ſe conſpiciuntur.*

c.nat.an.9.30 [c] *Apodes quos aliqui cypſellos appellant, haud diſcerni ab hirundine poſſunt, niſi quòd tibijs ſunt hirſutis. Nidum ſpecie ciſtellæ productæ longius, fictæ ex luto, uno aditu dato arctiſſimo faciunt, idq; locis anguſtis, intra ſaxa & ſpecus, ut & belluas deuitare poſſint, & homines.*

d.nat.an.9.12 [d] *Aquila cum ardeola pugnat, Vnguibus etenim ualens aggreditur, hæc autem repugnando emoritur.*

e.nat.ani. 1.5 [e] *Penna uolat Aquila.* [f] *Aquilarum plura*
f.na.an.9.32 *ſunt genera, unũ quod pigargus ab albicante cauda dicitur, ac ſi albicillam nomines. Gaudet hæc planis, & lucis, & oppidis, humiliaria a nonnullis uocata cognomine eſt, montes etiam Syluamq; ſuis freta uiribus petit: Reliqua genera raro plana et lucos adeunt. Alterum genus magnitudine ſecundum &*

uiribus

uiribus, planga aut clanga nomine, ſaltus, & conualles, & lacus incolere ſolita, cognomine anataria, & morphna a macula pennæ, quaſi næuiam dixeris. Tertium genus colore nigricans, unde nomen accepit, & pulla & fuluia uocetur, magnitudine minima, ſed uiribus omnium præſtantiſsima hæc eſt. Colit montes ac ſyluas, & leporaria cognominatur. Vna hæc fœtus ſuos alit atq; educit: pernix, concinna, polita, apta, intrepida, ſtrenua, liberalis, non inuida eſt: modeſta etiam, nec petulans, quippe quæ non clangat, neq; lippiat, aut murmuret. Quartum genus, percnopterus ab alarum notis appellatum, capite albicante, corpore maiore quam cæteræ adhuc dictæ hæc eſt, ſed breuioribus alis, cauda longiore. Vulturis ſpeciem hæc refert, ſubaquila, & montana Ciconia cognominatur: incolit lucos degener, nec uitijs cæterarum caret, et bonorum quæ illæ obtinent, expers eſt, quippe quæ a coruo, cæteriſq; id genus alitibus uerberetur, fugetur, capiatur, grauis eſt enim, uictu iners, exanimata fert corpora, famelica ſemper eſt, & quærula, clamitat, & clangit. Quintum genus eſt quod haliæetus, hoc eſt, marina uocatur, ceruice magna & craſſa, alis curuantibus, cauda lata: Moratur hæc in littoribus & oris, accidit huic ſæpius, & cum ferre quod ceperit nequeat, in

gurgitem demergatur. Sextum genus, gneſium id eſt uerum germanumq; appellant: Unum hoc ex omni auium genere eſſe ueri, incorruptiq; ortus creditur. Cætera enim genera, & aquilarum & accipitrum, & minutarum etiam auuium, promiſcua adulterina que inuicem procreant. Maxima aquilarum omnium hæc eſt, maior etiam quam oſſifraga: ſed cæteras aquilas uel ſeſqui altera proportione excedit, colore eſt rufa, conſpectu rara; Tẽpus aquilæ operandi uolandiq; a prandio ad meridianum, mane enim quieſcit, uſquedum forum frequens, & prandendum iam ſit. Seneſcentibus aquilis, roſtrum ſuperius accreſcit, incuruaturq; ſubinde magis magisq;, ut demum fame intereant. Cõdunt reſeruantq; ſuo in nido quantum cibi pullis ſuperſit, quod enim die quaq; facultas uenandi non datur, fit interdum ne quod portent extrinſecus habeant. Si quem depræhenderint uiolantem nidum, uerberant ſuis alis, & unguibus lacerant. Nidulantur locis non planis, ſed celſis, præcipue quidem arduis ſaxis & præcipitibus, ſed arboribus etiam. Alunt ſuos pullos, donec poteſtas uolandi fiat, tum nido eos expellunt: poſt regione quam ipſi genitores incolunt, tota exterminant. Tenent enim ſingula aquilarum paria longum tractum, unde fit, ne ullo pacto uicinos habere patiantur. Uenantur lo

cis

cis non ſuo nido propinquis, ſed longe diſtantibus. Rapta non protinus ferunt, ſed cum corripuerunt et ſuſtulerint, deponunt:expertæq; iam pondus requieſcunt. Leporem etiam non ſtatim rapiunt, ſed expectant dum prodeat in plana. Nec protinus de alto in terram ruunt, ſed paulatim deſcendunt, quæ ideo faciunt, ut tutiores ab inſidiis ſint. Conſidunt etiam locis editioribus, quia difficulter a terra tolluntur. uolant ſublimes, ut perquam maxime procul aſpiciant, quapropter homines ſolam auium omnium aquilam eſſe diuinam perhibēt. Omnes profecto quibus ungues adunci minime in ſaxis conſiſtunt, quoniam ſaxi duritiei impedimento curuaturæ ungiuum eſt. Venatur aquila lepores, hinulos, ulpes, & reliqua quæ uincere ualeat, uiuit tempore longo, quod diuturnitate nidi eiusdem declaratur. [a] *Cum aquila ſuos eiecerit, quæ oſsifraga appellatur, eos recipit, ac educat,mittit nanq; ſuos aquila, antequam tempus ſit adhuc parentis operam deſiderantes, nec uolandi adeptos facultatem. Quod per Inuidiam ita facere creditur, natura enim inuida, & famelica eſt nec copioſa uenationis. Magnum tamen quid nanciſcitur cum uenatur. Inuidet igitur ſuis liberis iam maiuſculis, atq; edatiuſculis, et ob eam rem unguibus ſecat Pulli etiā ipſi inter ſe pugnare incipiunt de ſede, ac paſtu:itaq;* a.na.an.9.34

 a parente

a parente eijciuntur & pulſantur : deiecti uociferantur, periclitanturq́; , ſed oſſifraga recipit eos benigne, & tuetur & alit, dum quantum ſatis ſit, adoleſcant.[a] *Deſsidet aquila cum dracone, uescitur enim aquila anguibus. Aquilæ etiam pugnat Vultur et olor, uicitq́; eam ſæpius olor.*[b] *Aquila cum Cymin de tam acriter pugnat, ut ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram, & uiuæ a paſtoribus capiantur.*[c] *Genera aquilarum omnia, carniuora ſunt, fruges autem ipſæ, etiamſi in os indideris, nequeunt deuorare. Aquila non minor magnitudine quam bubo eſt.*[d] *Cũ Trochilo pugnat.*[e] *Aquilæ oua pariunt terna, ſed pullos binos excludunt, ſed quamuis magna ex parte ſic fiat, tamen tres uiſi aliquando ſunt pulli. Alterum in educando expellunt tædio nutriẽdi. Nam & degenerare ac hebeteſcere aquila dicitur eo tempore, ut fœtus ferarum rapere non queat, nomenq́; hinc exacti, hoc eſt, degenerantis aquilæ, accipit. Vnges etiam eius inuertuntur diebus paucis, & pennæ albeſcunt, ut merito ſuos oderit partus.*[f] *Pugnat cum ſitta: ſitta enim oua aquilæ frangit, Aquila, tum ob eam rem, tum etiam quod carniuora eſt, aduerſatur.*[g] *Vnguibus aduncis eſt.*[h] *aues uniuerſas nunquam inuadit, arcent enim frequentes, reſpergentesq́; ſuis alis repellunt.*

a. nat. an. 9. 1.
b. na. an. 9. 12
c. nat. an. 8. 3.
d. na. an. 9. 11
e. nat. an. 6. 6.
f. nat. an. 9. 1
g. nat. an. 9. 9.
h. na. an. 9. 34

Araneorum.

[a] *Araneorum, & Phalangiorum plura ſunt genera: Mordax, quod in duo diſtinquitur, alterum ſimile iis quæ Lupos appellant, eſt paruum, uarium, procax, ſalax, pulex nuncupatum: Alterum maius, coloris nigri, cruribus prioribus nigris, tardum, & lente ambulans, nec uiribus ualens, neq; ſaliens. Cætera, aut nullum, aut certe exilem inferunt morſum. Genus ſecundum quod Lupi nomen accipit, partim exiguum eſt, quod non texit: partim maius, quod aſperam prauamq; telam apud terram aut ſepes orditur. Bucculis intexere ſolitum primordijs intus poſitis obſeruatur. Dum aliquid intela offendens commouerit, mox accurrit, ut capiat: partim uarium eſt, quod paucam uilemq; telam ſub arboribus facit. Tertium genus; quod ſapientiſſimum latiſſimumq; omnium eſt, texit enim primum filis quoquoueneris diſtēdens in orbem, tum ſtamina ducens, initio a medio accepto, nec inſcite medium ipſum accipit: Deinde ſubtegmina inferens, atq; ſtipans, cubile & repoſitorium alibi ſibi conſtituit, ſed uenationem in medio ſui operis obſeruando exercet. Cum enim beſtiola eo inciderit, motu medij excitus occurrit, deuincitq; primum obuoluens araneis, dum defatiget, infirmamq; faciat: tum tollit ac defert, & ſi forte fame tenetur, exugit: hæc enim fruitio eius eſt ſin minus, recondito, quod ceperit,* a.na.an.9.39

rit, in repoſitorio, repetit uenandi negotium, ſed prius conſarcinato quod per uenatum laceſsitum eſt. Siquid inter medium & extrema inciderit, primum ipſe in medium currit, inde ad id quod inciderit, uelut a ſtato initio properat. Si quis telam lacerarit, texere iterum incipit. Venatur oriente ſole, aut occidente: quoniam beſtiolæ temporibus his potiſsimum offendant. Fœmina & texit, & uenatur: Mas comes fruendi, non laborandi eſt. Araneorum lautiorum, & telam ſpiſsiorem texentium, duo ſunt genera: alterum minus, alterum maius. Quod igitur longioribus eſt cruribus pendens ſubtus obſeruat, ne beſtiolæ præ formidine ſibi caueant, ſed incautæ incidant in partem ſuperiorem: ineptius enim propter ſui corporis magnitudinem eſt. At alterum quod moderatius eſt, ſuperne obſeruat, latens in quodam exiguo ſuæ telæ foramine. Aranei, ſtatim cum editi ſunt, fila mittunt, non intrinſecus tanquam excrementum, ſed extrinſecus de ſuo corpore ueluti corticem, aut more eorum quæ ſuos uillos iaculantur, ut hiſtricis. Maiora etiam animalia inuadit, irretitq; ſuis filis, nam & lacertos paruos aggreſſus circundatos, et filis obducit, donec cohibeat: mox adhærens, morſum
a.nat.an.5.8 *defigit.*[a] *His coitus agitur hoc modo: cum fœmina deductam araneam traxerit, mas eandem mutuo trahit,*

quod ubi ſæpius fecerint, coeunt, & auerſis clunibus copulantur. Nam propter aluum orbiculatam, modus hic coniungendi iis congruit. [a] *Nil conficiunt,* a.na.an.9.04
neq; recōdunt, ſed cibum ſolum uenatu ſibi acquirunt. [b] *His quicquid ceperint, foris ſugēdo euaporare mos* b.nat.an.8.4.
eſt, Diuq; ſine cibo uiuere poſſunt. [c] *Araneus aſi-* c.na.an.5.30
lo magnitudine ſimilis eſt. [d] *Procreantur aranei ex* d.na.an.5.19
animalibus generis eiuſdem. [e] *Inter araneum & ſtel* e.nat.an.9.1.
lionem, bellum eſt, deuorantur enim aranei a ſtellione. [f] *Aranei pariunt uermiculos, qui non ex parte,* f.na.an.5.27
ſed toti in aranei formam immutantur, nam & rotundi iam inde a primo ortu proueniunt. Cum peperint, incubant, & triduo peragunt. Pariunt omnes in tela, ſed alii in ſubtili & breui, alii in craſſiore, & alij omnino in ſinu orbiculato: alij ita ut, aliquatenus tela abducta proles muniatur. Proles autem ipſa, non uniuerſa producitur, ut tamen quiſque exiuit, protinus ſalit, filumq; mittit. Humor ſimilis in uermiculis infructu percipitur, atq; in araneis ipſis recens natis, hoc eſt craſſus & candidus. Pratenſes aranei in tela pariunt, cuius dimidium applicatum ipſis matribus eſt, reliquum foris recipit partum, & incubant eadem in tela, atq; uiuificant. Phalangij in rete, quod craſſum confecerint, pariunt, atq; incubant. Cæteris lautioribus illis partus minoris numeri eſt, at uero

phalangijs

phalangijs admodum numeroſus. Cumq; ipſa proles increuerit, matrem amplexa conſumit, & eijcit: ſæpe etiam patrem ſi ceperint, adiuuat enim fœminam incubitu. Pariuntur interdum & trecenti eodem utero. Conſumantur aranei, & iuſta ſibi recipiunt incrementa, diebus quater ſeptenis, a paruo ſui ortus initio ad finem.

a.na.an.9.38 *[a] Aranei lautiores & ſtrigoſiores, ingenioſiores in uitæ muneribus ſunt.*

b.nat.an.1.1. *[b] Cibo ſui generis utuntur quippe muſcarum uiuunt.*

c.na.an.5.32 *[c] Araneus cauſa generationis tinearum eſt, quæ lanis puluerulentis præcipuo oriuntur, ſi is una includatur: ſi quid enim humoris ineſt, hic abſorbens ampliat ſiccitatem.*

d.nat.an.9.5. *[d] A phalangio Ceruus mordetur.*

e.nat.an.9.1. *[e] Diſſidet cum ichneumone, Venatur enim Phalangios ichneumo.*

f nat.an.4.11 *[f] Phalangiorum fœminæ maribus ſunt maiores.*

g.na.an.8.19 *[g] Archanas æſtate laborat, eoq; tempore extenuatum: Aurata uero hyeme.*

h.na.an.5.17 *[h] Arctos, nomine Vrſæ ſic appellata, idem pariendi tempus a natura habet, quod & locuſta: quocirca per hyemem & uere, priusquam oua excludat, cibo laudatur: cum excluſerit, deterima fit.*

i.nat.an.9.11 *[i] Ardeolarum tria ſunt genera, pella, alba, ſtellaris, piger cognomine. Pellæ coitus difficilis eſt, uociferatur enim, & ſanguinem ex oculis, ut aiunt, emittit cum coit, parit etiam ægre, ſummaq; cum do-*

lore,

lore; prælium cum iјs init, a quibus læditur, hoc eſt, cum aquila a qua rapitur, cum Vulpe, a qua noctu capitur, cum alauda, a qua oua eius diripiuntur. Amici ſunt ardeola & cornix. Pipo inimica ardeo læ eſt, oua enim & pulli ardeolæ, uiolantur a pipo ne.[a] *Ardeola petit lacus & fluuios.*[b] *Pella, ſagax, cœnæ gerula eſt & operoſa, agere interdiu ſolet. Colore tamen eſt prauo, & aluo humida. Candida, colore eſt pulchro, & coit & nidulatur, & pa rit pro ꝑe. Paſcitur paludibus, lacu, campis, & pratis. Sed ſtellaris, pigerue, atq; ut cognomen ſonat, iners, otioſaq; eſt.* a.nat.an.8 3. b.na.an. 9.18

[c] *Argathilis, ſolerti Ingenio in ripariarum genere ſuum inſtruit nidum: filis enim intexit lineis ſpecie pilæ, aditu arcto.* c.na.an.9.13

[d] *Arietes primum uetuſtiores fœminas ineunt, nouellas enim minus inſequuntur.*[e] *Tempore ueneris pugnant. Qui enim ſuperiore tempore ſocij iugi con cordia paſcerentur, coitus tempore diſsident, & alter alterum libidinis rabie inuadit.*[f] *Cornibus inter ſe dimicant, quæ extollentes uibranteſq;, feriunt aduerſarium.*[g] *In Africa arietes ſtatim cornigeri generantur, nec ſolum mares, ſed etiam fœminæ. Contra, in pōto per prouinciam Scythicam, nullis cornua enaſcuntur.*[h] *Sub lingua arietis ſunt uenæ, & cuius colo* d.na.an.5.14 e.na.an.6.18. f.nat.an.8.2. g.na.an.8.28. h.na.an.6.19

G *ris*

ris ſunt, eiuſdem & uellus eſt: uarium etiam, ſi plu res uenarum colores ſunt.

a. na. an. 6. 17 [a] *Ariſta quæ & antherina appellatur, a Herēs aluum arenæ, parit.*

b. na. an. 9. 2. [b] *Ariſtulæ piſces ſunt.*

c. na. an. 2. ult. [c] *Aſcalaphus, ut perdix, & multæ alie appendi ces habet infra qua deſinit inteſtinum.*

d. an. an. 5. 19 [d] *Aſcaridæ quæ & Tipulæ, fere in puteis, & ubicunq; aqua ſe colligit, terrena ſubſidente concretione, oriuntur: fit ut principio fex ipſa putreſcens colorem candicantem trahat, mox nigricantem, poſtremo cruentum. Talis cum fuerit, minutiſſima quædā & rubra ſpecie algulæ prodeunt: quæ ad tempus hærentia ſuæ origini mouentur; deinde abſoluuntur. Itaque feruntur per aquam, tipulæ nuncupatæ. Tum paucis poſt diebus, erigunt ſe ſuper aqua, duræ atque immobiles: Mox diſrupto putamine, culex emergit, ac inſidet, donec uel ſole, uel flatu moueatur, et uolet. Cōmune omni Vermium generi eſt, ut eorū quæ ex uermibus proueniunt animalium, & primordia generationis, aut a ſole, aut a ſpiritu præſtetur, ſed copioſius, ac celerius, fiunt Tipulæ in aquis, quarum ſedimentum, Varium, ac promiſcuum fit: putreſcit enim hoc facilius, et autumno quoq; uberius generatur, minus enim humoris eſſe tunc accidit.*

Aſilus

[a] *Aſilus latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluuijs ſupernatant, enaſcitur: quamobrẽ magna aſi lorum copia, circa aquas, ubi id genus beſtiolarum eſt.* [b] *Aſilus thũnorum ſub pinna oritur, ſpecie Scorpionis, aranei magnitudine.* [c] *Aſilo agitantur Thũni & gladij, canis exortu.* [d] *Huic lingua data eſt dura & ualida, ut purpuris, tabanis, atq; alijs plurimis, quia omnia quibus non in aluo aculeus eſt, linguam eiuſmodi ueluti arma gerunt, nec dentes habeunt quibus iunctum id eſt, exceptis quibuſdam pau cis.* [e] *Vermiculos petit.* [f] *Anteriore parte aculeum gerit.*

a.na.an.5.19
b.na.an.5.31
c.nat.an.8.19
d.nat.an.4.7.
e.nat.an.8.3.
f.nat.an.1.5

[g] *Aſellus, arena ſeſe obruit, ut & raiæ, & paſſeres, & ſquatinæ: Cumq; nullã corporis ſui partem intectam reliquerint, uerberant radiolis ſui oris, quos piſcatores uirgulas uocant: quas piſciculi cum aſpexerint, adnatant quaſi ad algas, quibus ueſci ſo liti ſunt* [h] *Latet plurimum temporis, cum autem latere indicio eſſe uidetur, quod longo interpoſito tempo re capiatur.* [i] *multipedes ſunt aſelli.*

g.na.an.9.37
h.na.an.8.15
i.na.an.5 31.

[k] *Aſina conceptus incontinens eſt, genituram utiq; iniectam emigit: quamobrem uerberibus eam ſe ctantes, cogunt ne id faciat.* [l] *Continue parere po teſt.* [m] *Reijcit ſemen a coitu, niſi interpelletur quam obrem ſtatim poſt coitum uerberant, inſectanturq;.*

k.ge.an.2.ul.
l.na.an.6.22
m.nat.ani.6.23.

Parit duodecimo menſe, ſingulatim magna ex parte procreat prolem, Ea nanq; natura eſt, & unum pariat, ſed nonnunquam gemellos etiam edit. Lac grauida habet menſe decimo. A partu die ſeptimo mari iungitur, eoq; die iuncta maxime recipit initum, ſed poſtmodum etiam patitur. Solet hæc, niſi priuſquam gnomonem amittat, parere, nunquam poſtea initum recipere, parere uel in conſpectu hominis, uel in luce nolit, ſed in tenebras ducitur cum parturit: ſi priuſquam gnomonem dimiſiſſet, pepererit, parere tota ſua

a.par.an. 4.10 *ætate poteſt.* [a] *inter fœmora mammas habet.* [b] *Eius*
b.na.an.3.29
c.na.an.6.18 *lac tenuiſſim eſt.* [c] *Tenuiorem quam mas reddit uri-*
d.na.an.6.23 *nam,* [d] *Equum recipit, non autem equa aſinum.*

e.na.an.6.23 [e] *Aſinus tum mas tum fœmina, triceſimo menſe coire incipit, eodemq; tempore dētes mittit priores, ſecundos autem ſexto menſe, atq; etiam tertios quartosq; eodem. Gnomonas quartos hos a diudicanda ætate nuncupant: Sed iam uel anniculam aſinam concepit, ut perfici proles ac adoleſcere poſſet. Aſinus quidem equi geniturам corrumpit, ſed equus aſini mi-*

f.nat.an.8.8. *nime, cum equa iam aſini initu conceperit.* [f] *Fruge her-*
g.nat.an.2.11 *baq; ueſcitur, potuq; pingueſcit.* [g] *Huic dentes mu-*
tantur, ut equo, & mulo. [h] *Simplicem habet uentrem*
h.pa. an.3.14 *ut equus & mulus.* [i] *Vita aſinis amplior annis tri-*
i.na.an.6.23 *ginta, & fœmina uiuacior mare eſt. Cum uel equus*

cum

cum aſina, uel aſinus cum equa inierit, multo magis abortus conſequitur, quam cum unigenæ inter ſe iungantur, uerbi gratia: equa cum equo, aut aſina cum aſino. Euenit etiam tempus gerendi uteri, cũ equus cum aſino coierit, maris norma id eſt ut quanto ſpatio temporis mas perficitur ſuo in genere, tanto etiam fœtus quem ipſe procreat, abſoluatur. At magnitudine corporis, ſpecie, & uiribus, magis fœminæ quã mari ſimile euadit quod naſcitur. Si frequenter coeãt neq; ullo interpoſito tempore ceſſent, quæ ita iunguntur, breui fœmina ſterileſcit. [a] Aſino, & Tauro a.pa.an.3.19 *inter ea quæ animal generãt, ſanguis eſt craſsiſsimus. [b] Cor magnum proportione, aſino, Lepori, Cer-* b.par.an.3.4. *uo, muri. hyænæ, panteræ muſtellæ, & reliquis fere omnibus quæ aperte timida ſunt, aut propter metum malefica. [c] Huic lien medium tenet, promiſcuus eſt:* c.pa.an.3.12 *partem enim alteram habet latam, alteram anguſtam. [d] Frigidum animal aſinus eſt, quamobrem locis fri-* d.ge.an.2.ul. *gidis gigni non poteſt, ut pote ſua natura Impatiẽs frigoris, uelut apud ſcytas, & eorum finitimos: Nec uero apud Gallos qui ſupra hiſpaniam colunt, genus id animalis eſt, nam ea quoq; prouincia frigida eſt. Si autem equus ſuperuenerit aſinam, quam inierit aſinus, non peruertet aſini initum. Sed ſi aſinus ſuperuenerit equam, quam equus inierit, peruertet,*

propter

a.an.8.28 *propter ſeminis ſui frigiditatem*[a] *In terra Illyrica,*
b.na.an.8.25 *Thracia, et in Epiro, aſini parui habētur.* [b] *Aſini*
uno maxime morbo laborant, quem malidam uocant,
quod uitium in capite oritur, facitq; ut per nares pi-
tuita multa, ruffaq; effluat: quæ ſi ad pulmonem de
ſcenderit, moriuntur: ſed ſi in Capite eſt, non In-
c.gener.ani.2. *fert interitum.* [c] *Aſinus niſi à prima dentium muta-*
ulti. *tione generare incipiat, nuſquam poſt generat, ſed*
d.nat.an.2.1. *ſterilis omnino perdurat.* [d] *Aſinus indicus, unicor*
uis & ſolipes eſt. Talumq; ſolus in ſolipedum gene
e.na.an.5.31. *re poſſidet.* [e] *Non pediculo tantum, uerum etiam re*
f.na.an.2.15 *diuiuo immunis eſt aſinus.* [f] *felle caret.* [g] *Aſinus,*
g.nat.an.1.6. *equus, mulus, ginnus, inus, ei iumenta nominantur.*
h.na.an.6.23 [h] *Admittunt de induſtria quos hyppotelas uocant,*
ac ſi Equimulgos cognomines, quæ in paſcuis modo
equorum, uiribus bouis ſuperantes coeant.

i.na.an.8.12 [i] *Aſio qui & Otus, præmulis circiter aures præ*
ditus eminentibus, unde nomen accepit, quaſi auri-
tum dicas. Nonnulli ululam eum appellant. Blatero
hic eſt, & hallucinator, & planipes: ſaltantes enim
imitatur. Capitur intentus in altero aucupe, altero
k.nat.an.8.3 *circumeunte, ut noctua.* [k] *Minor quam noctua eſt,*
& carne uiuit. [l] *Aſiones aliqui omnibus anni tem-*
l.na.an.9.28 *poribus patent, & ob eam rem perennes: & ſemper*
aſiones uocabulo compoſito appellantur, qui eſui nō

ſunt

ſunt propter uitium carnis. Aliqui autumno interdum apparent, nec plus uno aut altero die immorantur: qui & eſui ſunt, & ualde probantur. Differunt hi nullo fere alio à perennibus illis, niſi corpulẽtia pingui, et quod uox his deeſt. Degeneratione eorum, quænam ſit, nil adhuc exploratum habemus, niſi quod fauonijs flatibus apparent, certum enim hoc eſt. Vide coturnix, & Vlula. a.na.an.9.6.

[a] *Aſpis cum Ichneumone congreditur, & Ichneumo ubi aſpidem anguem ſuum hoſtem aſpexerit, non prius aggreditur, quàm ſocios uocet, & limo obducto, contra ictus morſusq; ſeſe loricet, modus armãdi, ut primũ madefaciat corpus, et in terra ſe uolutet.* b.na.an.8.29 [b] *In affrica gignitur, cuius ictui nullum remedium eſt. Naſcitur eadẽ in agro, in quo laſſer Serpẽs puſillus.*

[c] *Atricapilla plurima edere oua nonnulli referũt.* c.na.an.9.15 *Iam uel decem, & ſeptem oua Atricapillæ reperta ſunt, ſed plura etiam quam uiginti parit, & numero impari ſemper, ut narrant. Nidificat ea quoq; in arboribus, & uermiculis alitur. Proprium huius et luſciniæ præter cæteras aues, ut linguæ ſummæ acumine careant.* [d] *Atricapillæ & ficedulæ uicibus commutantur: fit enim ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus atricapilla, nec inter eas diſcrimen aliquod, niſi coloris & uocis eſt. Auem autem eſſe* d.na.an.9.49

candem

eandem conſtat, quia dum immutaretur, hoc genu uterumq; conſpectum eſt, nondum abſolute mutatum, nec alterutrum adhuc proprium ullum habens appellationis.

a.na.an.9.49 [a] *Attagena pulueratrix eſt, quemadmodum quæ non altiuolæ, ſed terræ propinquæ, ut gallina, perdix, alauda faſiana.*

b.nat.an.8.2. [b] *Aurata carniuora tantum eſt.* [c] *Auratæ fuſcinæ*
c.na.an.4.10 *interdiu ſæpenumero dormientes capiuntur.* [d] *In ma-*
d.na.an.8.13 *ritimis lacubus gignitur.* [e] *Locis ijs maxime edunt,*
e.na.an.5.10. *qua flumina exeunt.* [f] *Aeſtate pariunt.* [g] *Quater-*
f.na.an.6.17. *nas habent pennas, binas ſcilicet parte prona, & bi-*
g.na.an.1.5. *nas ſupina.* [h] *Hieme laborant.* [i] *Plurimum tempori-*
h.na.an.8.19 *latent.*
i.na.an.8.15

k.na.an.5.19 [k] *Aurelia ex Erucis naſcitur, duro intecta putamine eſt, ad tactum mobilis, meatibus araneoſis obducta, non os, non aliud ex membris, quod conſpicuum ſit poſsidet. Primum dum Eruca eſt, cibo alitur, atq; excrementum emittit: Cum uero in aureliam tranſie-*
l.gener.an.2.1 *rit, nil uel guſtãt uel excernunt.* [l] *Aurelia primo oui obtinet facultatem, tum ex eo animal naſcitur, tertia mutatione finem recipiens generationis.*

m.na.an.4.4. [m] *Auris Marina quæ & patella dicitur, parte ima teſtæ excernitur, qua foramen habetur.*

n.nat.an.8.3. [n] *Aurtuittis ſpinã appetit, uictitat enim in ſpinis,*

Vermes

Vermes autem et aliud quoduis animal aſpernatur, dormit & paſcitur eodem in loco.

[a] *Auxumæ quia diebus paucis adoleſcunt quas alij ſcordulas uocant, prodeunt ex ouo, cum Thũni in Ponto pepererint. Quæ exeunt Ponto autumno fœtas comitantes, eodem autem redeunt uerno tempore, iam adeptæ eam magnitudinem, qua limariæ nomen accipiant. Vide Limaria.* a.na.an.6.17

B

Balagri[a] *Piſces, quemadmodum et Carini, nec ouum nec ſemen ullum prolificum unquam habent.* a.na.an.4.11

[b] *Balenæ, Delphini, & reliqua Cete, quæ non branchias, ſed fiſtulas habent, animal generant. Balenæ fœtus uel binos complurimum, magnaq; ex parte uel ſingulos procreant.* [c] *Balenæ & quæcunq; fiſtulam gerunt, edita per ſummi æquoris fiſtulæ, dormiunt: qua etiam ſpirant, primas ſuas mouendo leuiter.* [d] *Mammas habet balena, et lac, ut delphinus, uitulus marinus.* [e] *Hoc genus, nec terreſtre tantum neq; aquaticum, facile dici poteſt. Siquidem Terreſtre, quod aerem recipit, aquatile quod aquam, ſecundum naturam eſt: particeps nanq; eſt utriuſq;,* b.na.an.6.12 c.na.an.4.10 d.na.an.3.20 e.

cum & mare accipiat, reddatq; per fiſtulam, & aerem per pulmonem. Habent enim hoc membrum, & ſpirant.

a.na.an.6.14 [a] *Ballerus piſcis, & Cæteri fere omnes uadis in-*
b.na.an.8.20 *trudunt ſeſe cum parturiunt.* [b] *Huic Lumbricus canis exortu innaſcitur, qui debilitat, cogitq;, ad ſumma ſtagni afferri, quia æſtu interit.*

Blatero, uide Aſio.

c.na.an.5.19 [c] *Blattæ in aluearijs gignuntur, quæ & pennatæ ſunt.*

d.nat.an.4.1. [d] *Bolitæna uel Oſſolis. Duo quippe uiſuntur genera conchis indita, quorum alterum nautam aliqui uocant; alterum pompilum, ſiue ouum polypi. Teſta ijs ut petunculis, concaua, ſimplex tamen, nec ita deſtinata, ut ei inhæreant. Sæpius ij iuxta terram paſcuntur, unde euenit ut fluctibus iactati in aridam elidantur, & teſta dilapſa nudi capiantur, aut in terra anima extinguantur, Conſtant exiguo corpore, facie ſimiles bolitenis.* [e] *Bolitenæ in Euripo nequa-*
e.na.an.9.37 *quam gignuntur.*

f.na.an.5.19 [f] *Bombix (ex quo Necydalus) fit ex Eruca, ex hoc animalis genere bombicia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum deducunt, deinde texunt. Prima texiſſe in eo inſula, Pamphila platis filia dicitur.*

g.na.an.9.43 [g] *Bombyces ſub ſaxis apud ipſam terram fœtificant,*

 binis

binis aut paulo pluribus cellulis, mellis etiam praui, cuiuſdam inchoatio in his reperitur.[a] *Nonnulla ex* a.aa.an.5.24
bombycum genere, nidos in acutum exeuntes e luto quaſi illitos, uitri ſpecie affigunt lapidi, aut alicui tali; tam craſſos, duroſq; ut ſticulo perforari uix poſsint. Pariunt in ijs, & uermiculos producunt candidos, membrana oboulutos nigra, ſeorſumq; a membrana cerã in luto faciunt, quæ multo pallidior fit, quam cera apum.[b] *Bombix ſolitarius eſt.* b.na.an.9.40

[c] *Bonaſus gignitur in terra Pæonia, monte Meſſapo, qui pæoniæ & Mediæ terræ collimitium eſt,* c.na.an.9.45
& monapios à pæonibus appellatur, magnitudine Tauri, ſed corpore quam bos latiore, breuior enim, et in latere auctior eſt. Tergus diſtentum eius locum ſeptem accubantium occupat. Cætera, forma bonis ſimilis eſt, niſi quod Ceruix iubata armorum tenus, ut equi, eſt, ſed uillo molliore, quam iuba equina; & compoſitiore. Color pili totius Corporis, flauus, iuba prolixa & ad oculos uſq; demiſſa, & frequens colore inter Cinereum & rufum, non qualis equorum, quos partos uocant eſt, ſed uillo ſupra ſquallidiore, ſubter lanario. Nigri aut admodum rufi nulli ſunt. Vocem ſimilem boui emittunt. Cornua adunca in ſe flexa, & pugnæ inutilia gerunt, magnitudine palmari, aut paulo maiora: amplitudine nõ multo auctio

H ij re,

re, quam ut ſingula ſemiſextarium capiant, nigritie proba. Antia *ad oculos uſq; demiſſe, ita ut in latus potius quam ante pendeant. Caret ſuperiore dentiũ ordine, ut bos; & reliqua cornigera omnia. Crura hirſuta atq; biſulca habet, caudam minorem, quam pro ſui corporis magnitudine, ſimilem bubulæ. Exci tat puluerem, & fodit, ut Taurus, tergore contra ictus præualido eſt. Carnem habet guſtu ſuauem, quamobrem in uſu uenandi eſt. Cum percuſſus eſt, fugit: niſi defatigatus, nuſquam conſiſtit. Repugnat calcitrans, & proluuiem alui, uel ad quatuor paſſus proiciens: quo præſidio facile utitur, & plerumq; ita adurit, ut pili inſectantium canum abſumãtur: ſed tunc ea uis eſt in fimo, cum bellua excitatur, & metuit. Nam ſi quieſcit, nil urere poteſt, talis natura & ſpecies huius animalis eſt. Tempore pariendi, uniuerſi in montibus enituntur. Sed priuſquam fœtum edant, excremento alui circiter eum locum in quo pariunt, ſe quaſi uallo circundant & muniunt, largã enim quãdam eius excrementi copiam hæc bellua egerit.* [a] *Interiora omnia bubus ſimilia continet.* [b] *Huic excrementi profuſionem natura pro auxilio dedit.*

a.nat.an.2.16 b.par.ani.3.2

c.nat.an.2.1. [c] *In Capronatorum genere, bonaſus è ſylueſtribus, Cornigeris enumerandus eſt.*

d.nat.an.8.3. [d] *Boſca ſimilis Anati eſt, ſed minor, & qui Cor-*

uus

uius appellatus eſt, cui magnitudo quanta Ciconiæ, ſed crura breuiora: palmipes natansq; eſt, colore niger. Inſidet arboribus, & nidulatur in iis, hic unus ex hoc genere.

[a] *Bos piſcis, quemadmodum & priſtes, nulla habet oua, ſed ſtatim fœtum ex quo redacto in formam animal conſtat, quemadmodum homo quadrupedes quæ animal pariunt.* a.na.an.6.12

[b] *Bos uno initu implet, agitq; uehementes, ita ut fœmina uix tolerans, ſuccumbat. Si forte conceptio pererrauerit, uiceſimo poſt die marem fœmina recipit. Seniores Tauri nec ſæpius quidem fœminam eandem, eodem ſuperueniunt die, niſi ex interuallo. At iuniores, & eandem ſæpius cogunt, & pluries petunt, ac ſuperueniunt uigore ſuæ ætatis. Salax minime inter mares, bos eſt. Coit qui uicerit: cumq; is uenere iam debilitatus languerit, aggreditur uictus ille languentem, & plerumq; ſuperat. Coire tum mares tum fœminæ anno ætatis primo peracto incipiunt, quoad facultas ſit procreandi. Verum, quod magna ex parte fit, uel annicule, uel nacti octauum menſem uenerem adeunt. Sed enim, quod maxime conteſſum habemus, bimatu generant. Ferunt uterum menſes nouem, decimo pariunt. Sunt qui decem totos menſes exceptis paucis diebus, affirment. Quod autem in lu-* a.na.an.6.21

cem

cem præcurrerit hæc tempora, id abortiuum eſt, uitaleq; minime, etiamſi paulo maturauerit partum, præmolli naq; imperfectaq; ungula prodit. Pariunt ſingulos, geminos raro. Quandiu uiuunt, & coire ſolent, & parere. Viuunt magna ex parte fœminæ annos quindecim atq; etiam mares exciſi. Nonnullis ætas uel ad uiginti annos, atq; etiam plures, ſi corpore bene habito ſint. Nam exciſos aſſuefaciunt, & duces conſtituunt boum, ut ouium, qui plus temporis quam cæteri uiuunt uſu exercitij, & copia pabuli, uigent quiquennes maxime. Dentes bimus emittit bos, nec uniuerſos, ut equus, ungulas cum dolore articulorum laborat, non amittit, ſed pedes tantummodo intumeſcunt uehementer. Lac a partu utile eſt. Antequam peperit, caret lacte: quantum lactis prouenerit primum, concreſcens perinde ut lapis dureſcit, quod ita accidit, niſi aqua admiſceatur. Iuuenca recentior quam annicula non patitur uenerem, niſi oſtento. Iam enim uel quarto ætatis menſe coiſſe perſpectũ eſt. Initium coitus plurimis quidem menſe Aprili & Maio, ſed nonnullæ etiam ad autumnum uſq; tempus coeundi deducunt. Cum plures grauidæ ſunt, & facile initum patiuntur, nimirum pro ſigno hiemis &
a. na. an. 5. 14 *imbrium id accipitur. ª Bos etiam annicula peperit, & educari, augeriq; quantum genus exigeret, licuerit.*

rit[a] *Si bos a recenti caſtratu ineat, procreare po-* a.na.an.9.50
teſt. Ruminat delectaturq; non minus in ruminando
quam edendo.[b] *Dentes habet continuos ut equus. In* b.nat.an.2.1.
uentre mammas duas, cum papillis quatuor habet.
[c] *Mitis remiſſe, & minime peruicax eſt.*[d] *Bubus* c.nat.an.1.1. d.na.an.4.11
fœminis uox grauior quam maribus eſt.[e] *Aquam cla* e.nat.an.8.8
ram bibere geſtit.[f] *Intra ſe animal gignit.*[g] *Boues* f.gen.an.2.1. g.na.an.8.28
Syriæ nodos ſcapularum flectunt, ut Cameli. In
Aegypto boues maiores ſunt quã in græcia, huiuſq;
rei cauſam attribuunt cibo, qui alijs large, alijs parce
ſit. Boues multi ab anguibus abſumpti ſunt.[h] *Boues* h.gen.an.5.6
diuerſi & uarij coloris ſunt, non genere toto ſed par
te.[i] *Boues egregia magnitudine Epirus gignit.*[k] *tur* i.na.an.3.21 k.na.an.6.18
gent ad coitum prius minores natu, quam maiores.
Bos fœmina cum coitum affectat, leuiter purgatur,
quantum heminæ dimidium, aut paulo plus: Tem-
pus autem coeundi tunc potiſsimum eſt, cum purga-
tur. Pingueſcunt dum gerunt partum, quod & de
cæteris quadrupedibus affirmandum eſt.[l] *Pedicu-* l.na.an.5.31
los & rediuos habent.[m] *In phrigia boues ſunt, qui* m.na.an.3.9
cornua perinde ut auriculas moueant, quod adhæ-
reant cornua cuti potius quam oſſi.[n] *Somniant, quẽ-* n.na.an.4.10
admodum genus omne quadrupedum, idemq; animalis
fœcundum.[o] *Sorbendo bibunt, ut equi.*[p] *Apud* o.nat.an.8.6. p.nat.an.2.1.
Arachotas boues ſylueſtres ſunt, qui differunt ab

urbanis,

urbanis, quantum inter ſues urbanos & ſylueſtres in
tereſt: ſunt colore atro, corpore robuſto, rictu leui-
a.nat.an.3.21 ter adduco, cornua gerunt reſupinatiora. [a] Boues
circa Toronam, paucis ante partum diebus lacte ca-
b.nat.an.8.7. rent: reliquo tempore habent perpetuo. [b] Boues,
& fruge & herba ueſcuntur: pingueſcuntq; ijs quæ
flatum cient, ut eruo, & faba freſa, atq; etiam ipſa
fabarũ herba. Et ſeniores, ſi cute inciſa ſpiritum adi
gas, deinde præbeas pabulum, pingues facies. Ad-
hæc, hordeo uel integro, uel piuſito, & a gluma ſepa
rato pingueſcunt, & dulcibus, ut ficu, & paſſa: uino
etiam & frondibus ulmi: ſed præcipue ſole, & lotio-
ne calidæ aquæ. Cornua iuniorum tepefacta in cera
flectuntur, ducunturq; facile quo uolueris: Nec pe
dum dolores ſentiunt, ſi eorum cornua illinantur ce-
ra, aut oleo, aut pice. Laborant armenta uehemẽtius
pruina ſollicitata, quàm niue. Augentur iuuencæ am
plius, cum plus tẽporis expertes ueneris degunt. Quã
obrem terræ Epiri incolæ quas pyrrhicas uocant, an
nis nouem intactas uenere ſeruant, & Incrementum
ampliter capiant, & ſetauras nuncupant: Has nu-
mero quadringentas eſſe, & proprias regis accipi-
mus, nec poſſe uiuere locis in alijs, quanquam tenta-
c.nat.an.7.8. tum ab aliquibus eſt. [c] Bouis fœtus quatuor habet ue
d.na.an.3.12 nas. [d] Porro lienem habent pro ſua magnitudine au-

ctiorem

ctiorem in longitudinem. [a] *Teſtes in aduerſo, penéq; pertendentem habent.* [b] *Vterum habent in aluo, ut canis, & reliqua generis eiusdem, nam ad fœtus tum ſalutem, tum incrementum, expedit nihil ponderis in ſidere uteris.* [c] *Vuluam infra ſeptum tranſuerſum cõtinens, ut equus &c.* [d] *Coitus his laborioſus eſt.* [e] *Genus quoddam boum ſuo in corde oſsiculum contiñere aiunt.* [f] *Boues gregales morbis duobus tentantur, podagra & ſtruma. Facit podagra, ut pedibus intumeſcant, & quamuis non intereant, tamen ungulas amittant. Euenit ſtruma, ut calidius frequentiuſq; ſpiretur. Quod deniq; in homine febris, idem in boue ſtruma eſt. Indiciumq; morbi ut demiſſæ aures flacceant, & ut comedere nequeant. Breui moriuntur, adapertiſq; pulmo inſpicitur putris.* [g] *Oculos habent nigros.* [h] *Paſcunt per ſocietates atq; conſuetudines, & ſi unus aberrarit, reliqui ſequuntur.* [i] *Iis caudam prolixiorem pilis natura ornauit breuibus, quibus tenor longius. Vide Taurus, & Vacca.*

a.ge.ani.1.13 b.ge.ani.1.12 c.nat.an.3.1. d.na.an.6.22 e.na.an.2.15. f.na.an.8.23. g.ge.ani.5.12 h.nat.an.9.4. i.pa.an.2.14.

[k] *Brenthus Auis, montes colit & syluas, cui et uictus probus, & uox ſonora eſt.* k.na.an.9.11

[l] *Braſſus Echinorum ex genere quemadmodum et ſpatagus, rara ſunt inuentu.* l.nat.an.4.5

[m] *Brucus, ex phalangijs & araneis procreatur.* m.nat.ani.5.19.

[n] *Bruci eodem pariunt modo, quo locuſtæ, ſcilicet in* n.na.an.5.26

terra, cum peperint, moriuntur. Intereunt oua eorum aquis autumnalibus, cum nimis inceſſerint. At ſicco autumno largior prouentus brucorum eſt, quoniam minus oua intereant. Innormis enim eſſe uidetur eorum quidem interitus, quinetiam ortus nulla cer
a.na.an.5.30 *ta agitur ratione.* [a] *Pariunt in aruis ceſſantibus, excauantes aſperitate præacuta, quam parte habent poſteriore.*

b.nat.an.3.6. [b] *Bubali & aliorum quorundam, ut Ceruí, & Damæ, ſanguis non ſimiliter atq; cæterorum concreſcit. Bubali ſanguis aliquantulo amplius ſpiſſatur, quippe qui proxime ouillo, aut paulominus, conſiſtat.*
c.na.an.4.6. d.gen.an.5.7. [c] *Tergum habet prædurum.* [d] *Cordi Tauri ſimilis eſſe dicitur natura cordis bubali, contentiorem .n. eam obtinent partem, qua ſpiritum mouent, quaſi fidiculam intentam, uel eo oſſe quod in nonnullis gigni*
e.par.an.3.9. *tur: oſſa quippe naturam neruorum requirunt.* [e] *Eius renes, hominis renibus ſimiles ſunt, quippe qui tanquam compoſiti ex multis renibus exiguis, conſtent.*
f.par.an.3.2. [f] *Hinc quemadmodum & capreis interdum cornua inutilia ſunt. Nam & ſi contra nonnulla reſiſtunt, cornibus ſe defendunt, tamen feroces pugnaceſq; bel*
g.par.an.3.8. *luas fugiunt.* [g] *Pulmonē habet carnoſum et ſanguineū.*
h.na.an.5.15 [h] *Buccinis fauificare in more eſt. Iis modus idem gignendi, qui purpuris, tempusq; idem eſt. Opercu*

lum

lum item oris idem tam huic utriq; generi hadæret natiuum, quam cæteris turbinatis omnibus. Paſci quoquè exerra lingua appellata ſub illo operculo ſolent. Tempus uiuendi longum, annos enim circiter ſex uiuunt, & ſingulis annis incrementum earum patet per orbes, quibus totidem quot annos habent, teſta intorta cuniculatim in crepidinem deſinit.[a] Quaſi a ſeminali natura humores quoſdam muccoſos emittunt. Semē uero nullum eſſe eorum putandum eſt, ſed plantis aſſimilantur, quamobrem larga eorum copia prouenit, cū primum conſtiterit aliquid. Hæc enim omnia, uel ſponte ut oriantur, euenit. Itaq; ratione tunc magis, cum origo præceſſerit, conſiſtunt. aliquid enim excrementi ſingulis proficiſci credendum eſt merito, ab eo principio, cui ſoboles quequæ adnaſcitur. Sed cum ſimilem habeant facultatem cibus, excrementumquè cibi fauantium ſubſtantiam ſimilem eſſe conſtitutioni primæ conſentaneum eſt: quapropter excremento hoc gigni probabile eſt. Quæ autem uel ſobolem nullam procreat, uel non fauant eorum omniū ortus ſpontinus eſt.[b] Buccinæ biualuibus quodammodo aſſimilantur, quippe quæ operculo quodam congenito, carni patulæ appoſito claudantur, idq; præſidij cauſa: qua enim teſta non protegit, facile offendi poſſet ab ijs quæ extrinſecus inciderēt.[c] Promuſcidam et os ha

a.ge.an.3.11.
b.par.an.4.5.
c.nat.an.4.4.

bent, & firmum & toroſum, quo ſimiliter ut aſiliatq; tabanni, quadrupedum tergora penetrant: imo longe
a.na.an.5.12 *ualidius: teſtas enim eſcarum poſſunt perforare.*[a] *hyeme abeunte generantur.*[b] *In anfractum intortæ ſunt.*
b.par.an.4.7. [c] *Latent.*[d] *Continent quidem ſemper ouum uocatum.*
c.na.an.8.13
d.gener.ani.3. ulti. [e] *Carnem habent penitus incluſam, nec ulla ex parte*
e.nat.an.4.4. *conſpectam, excepto capite.*[f] *Teſtes adhærent. Teſtam habent ſcabram.*
f.nat.an.4.4.

g.na.an.9.36 [g] *Buteo, præcipuus eſt accipitrum.*[h] *Miluo æquiparantur magnitudine.*[i] *Hoſtis ranæ, & rubetæ, & anguis eſt: rapit enim eos, atq; exedit.*
h.nat.an.8.3.
i.na.an.9.1.

C

a.nat.an.2.8. *CAebus,*[a] *eſt Simia gerens caudã.*[b] *Partes interiores habet humanis ſimiles.*
b.nat.an.2.9.
c.na.an.6.13 [c] *Cæcilia Serpens, rimam quandam ſub uentre imo habet.*

d.nat.an.4.6. [d] *Calli, quos & uertibula appellamus, ijs ſolis corpus totum tegumento includitur, cuius durities inter teſtam & corium eſt, quamobrem modo præduri bubuli tergoris ſecatur. Adhæret ergo id genus, ſaxis ſua teſta, duoq; ſepoſita inter ſe foramina exigua admodum habet, & uiſum uix patientia, quibus humorem accipit & reddit. Excrementum nullum in eo ſpectatur.*

ctatur. Diſſectis, primum membrana neruoſacruſta, ambiente obtenta oſtenditur, qua uertibuli caro ipſa continetur, nulli a cæteris ſimilis, in omnibus tamen ſui generis eadem. Adhæret hæc utroq; ex latere membranæ circundanti, & Corio: & qua adhæret, arctius in partem utramq; eſt, uidelicet qua tendit ad meatus ductos foras per cruſtam, quibus redditur, & accipitur cibus, & humor, quaſi alterum ſit os, alterum excrementis oſſium delegatum. Nec modus idē, ſed alterum craſſius eſt, alterum tenuius, cauūq; intus utriq;, exiguo quodam interueniente continuo, humorq; in altero cauo conſiſtere ſolitus eſt: pars uero aliaq; uel inſtrumentalis, uel ſenſualis ſit, nulla omnino percipitur: neq; excrementitium quicquam, quo in cæteris more continetur. Color his aut pallidus, aut rubidus eſt. [a] *Vertibula cum ſint abſoluta, mouere tamen ſe nequeunt. Vide Tubera.* a. nat. an. 1.12

[b] *Calidris, cui Cinerens color, diſtinctus uarie, petit lacus & fluuios: huicq; cauda motitat.* b. nat. an. 8.3

[c] *Cancellus concharum hoſpes, principio ex terra, limoq; conſiſtit, mox conchulas ingreditur Vacuas: ubi cum excreuerit, tranſit in concham ampliorem, uidelicet aut naticis, aut turbinis, aut alicuius ſimilis. Sæpe etiam parua buccina ſubit: ingreſſuſq; am pliorem illam gerit pari modo, & uiuit in domicilio* c. ant. an. 5.15

capaciore,

capaciore, rurſuſq; excreſcens aliam petit ampliorē.
a.ĩna.ani.4.4. [a]*Communis fere ſocius cruſtatorum, & teſtatorum, generum eſt, quippe qui ſpecie locuſtis ſimilis ſpectetur, naſciq; ſeorſum per ſe ſolitus ſit. Verum quod teſtam deinde petit, quam ingreſſus uitam traducat, hinc ſimilis teſta contectis animantibus eſt: quapropter is in ancipiti eſſe, genuſq; ſibi uendicare utrunq; uidetur. forma tamen (quod ſimplicius dixerim) ſimilis araneis eſt, niſi quod partem capite & pectori ſubditam ampliorem, quā aranei habeat. Cornicula duo rufa tenuia gerit, quibus oculi totidem ſubiacent, qui nunquam intro recedunt, ut cancrorum, ſed ſemper eminentes appareant. Os ſub ijs eſt, quod uelut capillamenta quibusdam pluribus circundatur. His pedes ſubiuncti duo bifurces, quibus cibum ori admoueat. Bini utriq; adhærent lateri, & tertius paruus. Thoracis pars inferior mollis tota eſt, diſiectoq; ſinu pallidum intus cernitur. Meatus ab ore ad uentrem pergit, foramen excrementi perſpici nullum poteſt. Pedes ac Thorax duritiem præ ſe ferunt, ſed minus quam cancri. Nexu nullo teſtis adhæret, ſed abſolutus liberq; uagatur. Oblongior eſt qui turbinem ſubit, quam qui neritem, quem naticem interpretamur. Genus enim diuerſum eſt, quod in natice degit, cætera quidem non abſimile, ſed dextrum bifurculatum*

pedem

pedem paruum habens, cum læuum grandiuſculum ha
beat, & ingredi eodem ipſo grandiore petiſſimum ſo
let. [a] *Cancelli qui perquam exigui in piſciculis repe-* a.par.an.4.8.
riuntur, pedes nouiſſimos latiuſculos habent, ut ad nã
dum utiles ſint, quaſi pro pinnulis aut remis pedes ha
berentur. [b] *Cancellus pinnæ cuſtos eſt, quo priua-* b.na.an.5.15
te, perit breui tempore. [c] *Quoties flatus urgent, Cã* c.nat.an.4.4.
celli hoſpites ſeſe in ſaxa recipiunt, atq; latibulis tutã
tur. Quibuſq; ſiniſter pes grãdior eſt, ij nunquam
cum turbinatis hoſpitantur, ſed cum naticibus tantũ
ineunt ſocietatem.

[d] *Cancrorum genus multiplex eſt, nec facile enume-* d.nat.an.4.2.
randum. Maximum quas Maias appellant. Secun-
dum paguri, & quos heracleoticos uocant. Tertium
fluuiales. Cæteri minutiores, ut nullis pene nominibus
annotati. Genus Cancrorum littorale phœnice fert,
tantæ uelocitatis, ut uix conſequi ſit: unde hippeas,
hoc eſt, equites, illos appellarunt: ijs nihil fere intus,
propter inopiam pabuli. Genus item aliud eſt, quod
magnitudine Cancrum non excedat, facie gammaris
ſimile: His omnibus pars dura, & teſtacea foris pro
cute eſt, mollis & carnea intus. Supina corporis pla
niora ac tabellatiora ſunt, quibus & oua deponunt,
cum pariunt. His pedes omnes deni cum forcipibus
ſunt, primi utrinq; quaterni, tum terni alij, ordinem

eodem

eodem modo explentes. Reliqua bona pars corporis
pedibus caret. Flectuntur omnium crura in obliquum.
Brachia forcipata quibus ſunt, introrſum ſe flectunt.
His ex cruſtaceis ſolis deeſt cauda, & corpus ro-
a.nat.ani.4.3 *tundum eſt.* [a] *Omnibus magna ex parte grandior ac*
b.nat.an.4.1. *ualidior forceps dexter, quam læuus eſt.* [b] *Ex cru-*
c.part.an.4.8 *ſtatis ſunt.* [c] *His cauda inutilis eſt, quoniam uitam*
agere terrenam, cauernasq; ſubire ſoleant. Quin ta-
men ex ijs pelagij ſunt, ij pedes habent longe tardio-
res ad ambulandum, ſunt enim ceteris ipſi nautiores,
ut maiæ, & heracleotici: crura eis breuia, quia pa-
rum mouētur ſed ſalus eorum beneficio cruſtæ firmio
ris contingit. Interiora operculi applicati hirtiora
amplioraq; fœminæ Cancri habent, quam mares: quo
niam oua in ea edunt non procul ut piſces: quo enim
ampliora ſint, eo locum ouis præſtare poterunt capa-
d.nat.ani.1.5 *ciorem.* [d] *Cum cætera ducibus binis pedibus incedāt,*
e.nat.an.8.5. *Cancer unus quaternis regi ſolitus eſt.* [e] *Cancri ab*
f.na.an.5.15 *urſis comeduntur.* [f] *Cancri colore albido, corpore*
admodum parui, in nonnullis teſta operti generis na-
ſcuntur: & plurimi quidem in mitulis ſolitis, max in
primis, quos pinnotheras uocant, quinetiam in pe-
ctunculis, atq; oſtreis, uerum ij nullum conſpicuum
capiunt incrementum. Piſcatores cancros eiuſmodi
naſci confirmant, una cum illis, quorum teſtam inha-
bitant.

bitant. [a] *Cum coeunt, parte priore copulantur, ſua opercula loculoſa illa, rugoſaq;, mutua conſertione componentes. Primum cancer minor ab auerſo ſuper uenire ſolet, tum maior ubi ille ſuperuenerit, uertit ſe in latus. Nulla re differt fœmina a mare, niſi quod operculum applicatile illud amplius, & diſtantius, et hirſutius fœminæ gerant, in quo oua pariunt, & qua egerunt excrementum. Membrum autem quod mas in fœminam inſerat, nullum omnino habetur.* a.nat.an.5.7.

[b] *Cruſta ſua tã nuper nati quam poſt, exuuntur per uer.* [c] *Exuunt ſenectutem, molliores quidem perſpicue, ſed etiam duriores exuere aiunt. Cum uero exuunt, mollis admodum cruſta ſubnaſcitur: & quidem cancri præ teneritate non ſatis ambulare poſſunt exuunt hæc ſæpius anno.* [d] *Quod autem ſuperiorem ſui forcipis partem moueant, id cauſæ eſt, quod non inferiorem habeant pro manu forcipem. Illum itaq; utilem ad capiendum, non ad mordendum forcipem eſſe oportet. His igitur, quibus licet otioſis cibum capere, quoniam in humore non ſint, oris uſus partitus eſt, ut pedibus capiant, ore ſecent & mordeant.* [e] *Omnibus his caro eſt intus.* [f] *A uentre ſequuntur inteſtina.* [g] *Collum his indiſcretione eſt.* [h] *Oculos habent duros & aptos, tum intro, tum foras, tum etiam in obliquum moueri.* [i] *Binos dentes habent primores,*

b.nat.an.5.17 c.na.an.8.17 d.pa.an.4.11 e.par.an.2.8. f.nat.an.4.2. g.pa.an.4.10 h.nat.an.4.2. i.par.an.4.5.

p.nat.an.1.6 *& inter dentes carunculam linguæ effigie.*[a] *Nomine uacant communi.*

b.na.an.6.26 [b] *Camelus fert uterum menſes decem, parit ſemper unum tantummodo, unipera namq; eſt. Separant prolem a parente anniculam. Viuit diu, plus enim quàm quinquaginta annos. Parit in uere, & lac ſuum uſq; eo ſeruat, quo iam conceperit. Tum lac tum caro Cameli ſuauiſſima omnium eſt. Bibitur eius lac ad unam menſuram, duabus aut tribus aquæ ad-*

c.nat.an.2.1. *mixtis.* [c] *Proprium inter cæteras quadrupedes habet in dorſo, quod tuber appellant, ſed ita ut bactrianæ ab Arabijs differant, alteris enim bina, alteris ſingula tubera habentur. Sunt etiam omnibus ſingula parte ima, quale in dorſo, tubera: quibus incumbat reliquum corpus, & firmetur, quoties in genua inclinantur. Mammas duas, & papillas quatuor in uentre modo uaccæ habet Camelus, caudam aſino ſimilem, genitale retro. Genua ſingula in ſingulis cruribus ſunt, & flexus artuum, non (ut quidam perhibent) plures, ſed propter alui interuallum plures eſſe uidetur. Habet talum ſimilem bubulo, clunes proportione magnitudinis paruos. Biſulcũ id animal eſt, nec utrinq; dentatum, ſed biſulcum ſic eſt, ut pes parte ſuperiore ſciſſus, paulu lum ſit ad flexum digiti ſecundum, parte autem priore ſumma, quadripartito findatur.*

*ſindatur diſcrimine paruo, quantum primotenus digi
ti inflexu, & quiddam inter fiſſuras, perinde ut in
anſerum pedibus adiectum contexat. Pes ueſtigio
eſt carnoſus, ut urſæ, qua de cauſa eas quæ per ex-
cercitum longiore itinere fatiſcunt, calceant carbati-
nis. Ex auerſo mingunt. His genitale neruoſum. Nō
utrinq; dētata ſunt.[a] Cameli ſedente fœmina coeunt,* a. nat.an.5.2
*nec auerſi, ſed complectente mare, ut cæteræ qua-
drupedes agunt, & coitum toto die exercent. Petunt
receſſum ſolitudines cum libet coire, nec aliquis eo
poteſt tuto accedere, præterquam paſtor armenti.
Genitale Camelis neruo ita cōſtat, ut uel ex eo confi
ci poſſit, quo arcus fidiſſime intendatur.[b] Cameli fœ* b.na.an.9.50
*minæ caſtrantur, cum eis uti in prælio libet, ne conci
piāt utero. Currunt Cameli celerius quam equi Niſ
ſani propter laxiorem ſui gradus glomerationem, &
caſtrata deniq; auctiora quam incaſtrata euadunt.
[c] Camelus mas ſæuit tempore coitus, ſiue homo, ſi-* c.na.an.6.15
*ue Camelus accedat: Nam equis quidem odio natu-
rali aduerſantur.[d] Fel nō diſcretū, ſed uenulis quibuſ-* d. par.an.4.2
dā confuſum habet.[e] Pedatim graditur, genus camelo e.nat.an.2.1.
*rum utrunq; Bactrianum dico, & Arabium, cum
pes ſiniſter non tranſit dextrum, ſed ſubſequitur[f]. Ca* f. na.an.9 47
*meli matres nunquam ſuperueniunt ſuas, ſed etiam ſi
quis cogat, ipſi non patiuntur. Iam cum aliquando*

admiſſarius nō haberetur, curator pullum matri oper ræ admiſit, qui dum coiret, delapſo operimento agnouit matrem, & quamuis coitum abſoluerit, memor tamen commiſſi ſceleris, pauloposł Camelarium il-
a.na.an.3.20 *lum morſu defixo interemit.*[a] *Lac cameli, tenuiſsimū*
b.pa.an.3.2. *eſt.*[b] *Camelorum ſaluti, magnitudine natura opitulata eſt, magnitudinis enim exuperantia, ſufficit ad ne*
c.na.an.8.28 *cem arcendam.*[c] *Nodos ſcapularum flectunt.*[d] *Vi-*
d.nat.ani.8.9 *uit magna pars camelorum annos triginta, ſed multo plures nonnullæ, Nam uel ad centeſimum annum fa*
e.nat.ani.8.8 *cultatem uiuendi protrahunt.*[e] *Aquam turbulentā & craſſam ſuauius bibunt, quippe quæ ne ex fluuio quidem prius hauriant, quam pede inturbent. Poſſunt uel ad quatuor dies tolerare ſine potu, mox bibūt*
f.pa.an.3.14 *quam multum.*[f] *Multiplicem habent uentrem. Ruminant etiam more cornigerorum, quoniam uentres*
g.par.ani.4.2. *ſimiles cornigeris habeant.*[g] *Ideo longeui ſunt, quia iecoris naturam, ut oportunam ac neceſſariam omnibus ſanguineis animalibus cauſam pro ſua qualitate afferre uiuendi plus minusue temporis, ratio eſt. Excrementum etiam tale huius uiſceris eſſe, cæterorum autem nullum, ratio exigit. Cordi enim nullus huiuſmodi humor appropinquare poteſt, quoniam illud affectum nullum patitur uiolentum. Cæterorum autem uiſcerum nullū neceſſarium animalibus*

eſt,

eſt, niſi Iecur. [a] *Rabies Camelum etiam præbendit.* [b] *Quamuis cornibus uacent, utrinq; tamen dentati non ſunt.* a.na.an.8.22 b.nat.an.2.1

[c] *Candidi Piſces ſic dicti, pariunt etiam oua, quẽadmodum et qui ſquamis teguntur, ut etiam Lupus, mugilis, etelis, & qui leues, præterquam anguilla.* c.na.an.6.13

[d] *Caniceps, eadem forma, qua Simia eſt, ſed maior, ualidiorq;, & facie caninæ ſimilior, unde & nomen accepit. Adhæc, moribus ferocioribus eſt, & dente robuſtiore, caninoq; propiore. Partim hominem, partim quadrupedem imitatur.* d.nat.an.2.8.

[e] *Canum genera plura ſunt. Coit laconicum menſe ſuæ ætatis octauo: & crus iam circa id tempus attollentes nonnulli urinã reddunt. Impletur canis uno initu, quod in furtitijs maxime conſtat initibus: Implent enim qui ſemel inierint. Gerunt laconicæ uterum parte ſexta anni, hoc eſt, ſexagenis diebus, aut uno uel altero plus nimuſue. Catelli cæci gignuntur, nec ante duodecimum diẽ uiſum accipiunt. Coeunt Canes poſteaquam pepererunt ſexto menſe, nec citius. Sunt quæ parte quinta anni uterum ferant, hoc eſt, duobus & ſexaginta diebus, quarum Catelli duodecim diebus luce carent. Nonnullæ quarta parte anni, hoc eſt, tribus menſibus ferunt, quarum Catelli diebus decem & ſeptem luce carent. Tantundem* e.na.an.6.20

dem temporis canire etiam fœminæ putantur. Menſtrua huius animalis diebus ſemptem mouentur, ſimulque euenit, ut genitale promineat: uerum nondum per id temporis coitum patiuntur, ſed ſequentibus ſeptem diebus. Tempus enim quo toto Canis libidine tenetur, diebus quatuordecim magna ex parte deſcribitur. Verum nonnullæ etiam ad ſextumdecimum pruriunt. Purgatio autem quæ coniuncta partui eſt, una cum Catellis naſcentibus prouenit, craſſo pituitoſoq; humore. Redduntur etiam tenuiores a partu, & lac ante diebus quinque quam pariant, habent magna ex parte. Verum nonnullis etiam ſeptem aut quatuor diebus anticipat. Vtile ſtatim ut pepererint, eſt. Genus laconicum, poſt coitum, diebus triginta, habere lac incipit. Craſſum inter initia omnium eſt, deinde proceſſu temporis tenuius redditur. Craſsius canũ quam cæterorum animalium lac eſt, excepto ſcrofæ ac leporis. Indicium in mammis etiam apparet, cũ ætatem coeundi iam habent. Fit enim perinde ac in hominibus, tumor in papillis mammarum, & chartilago quædam conſiſtit: ſed difficile id perceperis, niſi habeas uſum rei: carent enim hæc indicia magnitudine. Hoc igitur euenire fœminæ certum eſt, Mari nil eiuſmodi accidit. Crus mares tollentes mingunt, magna ex parte quidem ſexto menſe ætatis, ſed non-

nulli

nulli uel ſerius, octauo ſcilicet menſe id faciunt, atq; etiam maturius quam ſexto quod autem ſimpliciter dixerim, cum coire incipiunt, tollunt. Fœminæ omnes, conſidentes mingunt, uerum in hoc etiam ſexu nonnullæ crure elato minxerunt. Parit canis duodecim complurimum, ſed magna ex parte quinq; aut ſex. Vnum etiam aliquam peperiſſe certum eſt. Laconicæ magna ex parte octo pariunt, coeunt quandiu uiuunt, et mares & fœminæ. Peculiare generis laconici eſt, ut cum laborârint, coire melius quam per otium poßint. uiuit in hoc eodem genere mas ad annos decem, fœmina ad duodecim. Cæteri canes maximâ quidem ex parte, ad annos quatuordecim, ſed nonnulli uel ad uiginti protrahunt uitam, Laconici ſane generis fœminæ, quia minus laborant quam mares, uiuaciores maribus ſunt. At uero incæteris, & ſi non late admodum conſtat, tamen mare uiuaciores ſunt. Dentes canes non mutant, præterquam eos quos uocant caninos, eoſq; quarto ætatis menſe tam fœminæ quam mares. Vnde fit, ut diuerſa ſit authorum ſentētia. Alij enim quod duos tantummodo mutant, negant omnino ullos mutari, cum eos paucos reperire difficile ſit: Alij cum hos uiderint, cæteros quoq; pari ratione mutari exiſtimant. Aetatis iudicium ex dentibus ſumitur, quippe cum iuniores candidos habeant & acu

tos,

a.pa.an.3.14 *tos, Seniores nigros & hebetes.*[a] *His parte qua uētri iungitur inteſtinum laxius eſt: qua deſinit, arctius: quamobrem uehemēti nixu, nec ſine cruciatu eam par-*
b. na.an.6.18 *tem leuant excremento.*[b] *A ſuis catellis uehementer ferociunt tempore coitus. Cur autem minus in ue-*
c. na.an.8.5. *nere efferentur, facit coitus copia.*[c] *cum morbo laborant, herba ingeſta euomunt, atq; ita purgantur. Hos etiam hyæna (uomitionem hominis imitando) capit.*
d.na.an.8.28 [d] *In Aegypto canes ſunt minores quam in Græcia, cuius rei cauſam attribunt cibo; qui alijs large, alijs*
e.na.an.3.21 *parce ſit.*[e] *Canes magnos Epirus gignit, paſtū enim largiorem his terram illam prebere abunde, & loca ſingulis anni temporibus accōmodata habere certum*
f.nat.an.8.28. *eſt.*[f] *In Cirenenſi agro, lupi cum canibus coeunt, & Laconici canes ex uulpe & cane generantur. Indicos etiam Canes ex Tygride & cane gigni confirmāt uerum non ſtatim, ſed tertio coitu, primo enim belluinos adhuc Catulos procreari aiunt. Alligantur canes locis denſertis, & niſi bellua incenſa libidine*
g.par.an.1.3. *ſit, ſæpe lacerantur.*[g] *In terra Indica, reperiuntur*
h. na.an.9.1: *Canes & urbani & ſylueſtres.*[h] *Moloticum genus canum uenaticum, nihilo a cæteris diſcrepat. At pecuarium longe, & magnitudine, & fortitudine contra belluas præſtat: Inſignes uero animo & indu-*
i. gen.an.5.2. *ſtria, qui ex molotico, & laconico prodierunt.*[i] *La-*

conici

*conici canes ualent olfactu, quia eorum nares porre-
ctæ ſunt longius.* [a] *Canes ex proportione incrementa* a.nat.an.2.1.
*partis utriuſq; capere ſolent. Dentes habent ſerra-
tos.* [b] *Non per totam coeunt uitam, ſed uſq; ad quen* b.na.an.5.14
*dam ætatis uigorem: ad annos enim duodecim magna
ex parte, & coeunt, & implentur. Verum iam ali-
quibus, tum fœminis, tum maribus, uel annum octa
uum & decimum, atq; etiam uigeſimum nactis, fa-
cultas non defuit prolifici coitus: Nam iis quoq; ſe-
nectus uim generandi, pariendiq; ut & cæteris, tol-
lit. Iis ſeneſcentibus, uox grauior redditur.* [c] *Cum* c.nat.an.9.6.
lumbricis infeſtantur, herbam tritici comedunt. [d] *Som* d.na.an.4.10
niant, ut equi, & boues. [e] *His oſſe cōtinuo calua per-* e.nat.an.3.7.
ficitur. [f] *Canis piſus quemadmodū ſe uulpecula et mu* f.na.an.6.11
ſteli, gignit animal, cum intra ſe oua pi pererit. [g] *Ca* g.nat.an.1.1.
nes animoſi ſunt, amatrices, & aſſentatores. [h] *Cæ-* h.gen.an.2.4
cos generant poſt palpebræ dehiſcunt. [i] *Coitum nul* i.nat.an.5.8.
*lo tempore aſpernantur; uidelicet propter teporem,
& pabuli ubertate.* [k] *Os reſciſſum habent.* [l] *Den-* k.nat.an.2.7 l.par.an.3.1.
tes habent partim acutos, partim latos. [m] *Curſus eo-* m.na.an.9.44
*rum continens intenditur fugiunt demiſſam inter cru-
ra caudam habentes.* [n] *His lien prolixus eſt.* [o] *Mul* n.par.an.3.12 o.nat.an.2.1.
tiplici pedum fiſſura digitantur. [p] *Ventriculum ha-* p.na.an.2.17
*bent quem excipit inteſtinum uerum arctiorem, nec
multo ampliorem inteſtino.* [q] *Hunc habent ſimilem* q.na.an.1.17

a.ge.an.1.12. uentriculo humano. [a] Vterum habent in aluo, ut homo. [b] Vuluam infra ſeptum tranſuerſum habet. [c] Per
b.na.an.3.1.
c.nat.ani.1.1.
d.na.an.5.31 ſumma telluris degunt. [d] Canibus proprium ricinus, qui ab eodem animali nomen Cynoraiſtæ accepit.
e.nat.an.2.1. [e] Iis corpus totum eſt hirtum. [f] Pedes priores quinis
f.pa.an.4.10
g.na.an.8.22 diſtinctos digitis habent, ut lupi. [g] Tribus laborant uitijs, Rabie, angina, podagra. facit rabies furorem, & quæ momorderint, omnia rabiunt, excepto homine. Intereunt canes hoc morbo, & quæ morſa ſunt, excepto homine. Angina etiam interimit, & podagra tentati, pauci euadere poſſunt.

h.na.an.5.19 [h] Cantharidæ ex crucis fici, piri, pini, atq; etiam ſentis caninæ oriuntur. Fiunt enim in his omnibus uermes. Petit genus id animalis fœtida, quoniam ex tali materia conſtitutum eſt.

i.par.ani.4.6. [i] Cantharus, glomerari nequit, ideo contrahit ſe in inciſuras, quod patet cum tangitur; ubi enim metuerit, motu ceſſat, totoq; corpore indureſcit.

k.na.an.8.2. [k] Capito carne omnino abſtinet, cuius rei argumentum eſt, quod neq; in uentre tale quid unquam habens capitur, neq; eſca in eum ex carne utimur, ſed offa panis. Hunc aliqui labeonem uocant, littoribusq; gaudet. Alter generis eiusdem, translittoranus eſt qui non niſi mucore ueſcitur ſuo, quamobrem ſemper ipſe ieiunus eſt. Paſcuntur limo omnes Capitones,

quo

quo fit, ut graues, & ſordidi ſint. Piſcem ipſi nullum omnino edunt: et quoniam Verſari in limo ſolent, efferunt ſe, urinanturq; ſæpe, ut corporis ſordes abluant. Oua fœtuſq; eorum a nulla bellua uiolantur, quapropter copioſe exiſtunt: ſed cũ adoleuerint, tũc a cæteris piſcibus corripiuntur, maximeq; ab Archano.[a] Per æſtatem pariunt, graueſcere uero menſe Decembri incipiunt, geruntq; diebus tricenis. a. na.an.5.11

[b] Imbres eis nocent: fit enim ut pluuijs multi ex his de facili excæcentur, ſi modum aqua exceſſerit. Solent enim per hyemem potius ita affici: nam oculi eorum albeſcunt, & macilenti per id temporis capiuntur, atq; ad poſtremum malo eodem intereunt: quod non magis imbrium copia, quam algore accidere uidetur: Iã enim cum alibi, tum in Nauplio agro terræ Argiuæ, in uadis multi capti ſunt Cæci, cum hyems fuiſſet aſperrima: Multi etiam habentes oculos albos capi. Vide Labeo. b. na.an.8.19.

[c] Capræ Terno aut quaterno coitu implentur: & ſi a coitu imber acceſſit, abortum infert. Pariunt maxima ex parte ſingulos, ſed aliquando & binos, & ternos, & quaternos. Ferunt quinq; menſibus, unde fit, ut locis nonnullis, quibus cœli clementia, & pabuli copia eſt, bis pariant. Vitæ eis ad octonos com plurimum annos, ſed magna ex parte ad pauciores. c. na.an.6.19

*Coeunt quandiu uiuunt. Pariunt geminos, tum pa-
buli beneficio, tum ſi pater aut mater, uim eam ge-
minandi per naturam obtineat. Eis nullum ducem pa
ſtores conſtituunt, quia earum natura non ſtabilis,
a·na.an.8.10 ſed lubrica atq; mobilis eſt.[a] Herba ueſcuntur. Lo
ca crebro permutant, ſummaq; tantum contingunt.
b·na.an.9 30 Robuſtiores quam oues ſunt.[b] A Caprimulgo ex-
cæcantur. Sugit enim earum ubera aduolans, cumq;
ſuxerit, ubera extinguntur, capræq; excæcantur.
c·na.an.8.28. [c] Capræ in ægypto, pares noſtris ſunt magnitudine.
d·na.an.9.3. [d] Caprarum ex grege ſi quis unam uillo mento de pen
dente, quem aruncum uocant, apprehenderit, cæte-
ræ ſtant uelut ſtupidæ, ſuos in unam illam oculos
conijcientes. Cubant facilius quam oues, magis enim
quieſcunt, acceduntq; ad hominem familiarius, ſed
ſunt frigoris impatientiores quam oues. Vniuerſæ
per cognitionem cubant. Cum primum ſol conuerſus
deſtiterit, capras non aduerſis præterea inter ſe
oculis, ſed auerſis cubare accepimus.[e] In Cilicia
e·na.an.8.28 tondentur, ut alibi oues. In Syria capræ ſunt au
riculis menſura palmari, & dodrantali, ac nonnul-
f·nat·an.6.15. læ demiſſis, ita ut ſpectent ad terram[f] Capræ tem-
pore coeundi menſtrua indicantur, quod idem poſt
coitum etiam fit ad tempus, mox deſiſtunt donec par
turiant:*

turiant: tum denuo iudicatur, quare paſtores proximum eſſe partum intelligunt. A partu autem purgatio ſequitur abunde, primum leniter cruenta, poſtmodum ualde. Craſſiorem reddunt urinam quam mares. Pingueſcunt, cum gerunt partum, eduntq; amplius. [a] *Varij coloris ſunt, non genere toto, ſed parte, interdumq; uariæ generantur.* [b] *In genere Caprarum gignuntur quas uocant hircinas, propterea quod ſimul genitale habent & maris & fœminæ. Iam & cornu gerens in crure capra conſpecta eſt.* [c] *Sæpenumero conuitium aſſimilantur capræ ignem efflanti.* [d] *Vbera Caprarum quæ coitum non patiuntur, paſtores montis Oetæ Vrtica perfricant uehementer, ut dolorem infligant. Itaq; primum cruentum humorem eliciunt, mox purulentum, poſtremo lac, nõ minus quam ex ijs quæ uenerem patiantur. In lemno inſula capro ex mammis, quas geminas iuxta genitale gerit, tantum lactis emulgebatur, ut coloſtra inde conficerent, quod idem etiam proli maſculæ capri illius eueniſſe accepimus.* [e] *Inter femora mammas gerunt, cuius rei cauſa eſt, quod ſurſum uerſus capiant ſui corporis incrementa, itaq; ubi confluuium et copia excrementi ſanguinis, qui locus ſane infra eſt, & circa effluentis materiæ oſſa, ibi mammæ a natura poſitæ ſunt, qua enim parte motus agitur alimenti, inde*

a. ge.an. 5.6.
b. gen.an.4.4.
c. ge.ani.4.3.
d. na.an.3.20
e. pa.an.4.10

etiam

a.na.an.1.11 *etiam capi alimentum poteſt.* [a] *Per aures non ſpi-*
b.na.an5.31. *rant.* [b] *Rediuos habent, pediculis uacan.* [c] *Rumi-*
c.na.an.9.50 d.na.an.3.17 *minant, ſuperiore quippe dẽtium ordine carent.* [d] *Ca*
e.na.an.4.10 *præ ſæuo iura concreſunt.* [e] *Eas ſomniare palam eſt.*
f.par.an.1.1. g.na.an.8.28 [f] *Sunt ſylueſtres & urbanæ.* [g] *In africa non eſt Ca-*
h.na.an.9.6. *pra ſylueſtris.* [h] *In creta inſula capras ſylueſtres ſa-*
gitta trãsfixas dictamnum herbam querere aiunt, hoc
i.pa.an3.14. *enim ſpicula ex corpore eijci.* [i] *Plures habent uentres,*
cum officium oris non ſatiſ in molendo cibo adhibetur
propter inopiam dentium, munus uentrium expleat,
dum alius ab alio cibum recipit, ſcilicet primus incon
fectum, ſecundus aliquantulum confectum, tertius
plenius, quartus perquam plane confectum. Ita fit,
ut genus hoc animalium, receptacula cibi habeat plu
ra, quibus nomina hæc, aut indita ſunt, aut indere li-
cet uenter, arſineum ſiue reticulum, omaſum, aboma-
k.nat.an.2.1. *ſum.* [k] *Biſulcæ ſunt, & forcipem pro ungula habẽt.*
l.na.an.6.19 [l] *Aethiopicæ capræ ad decem & undecim annos ui*
m.na.an.2.3. *tam agunt.* [m] *Maribus dentes plures quam fœminis,*
n.na.an.5.14. *ſunt.* [n] *Anniculæ coeunt, atq; uterum ferunt, Ma*
res quoq; eodem illo tempore ineunt, ſed proles dif-
fert, quatenus præſtantior ea eſt, quam ſeneſcentes
o.na.an.4.9. *mares & fœminæ procrearint.* [o] *Eſt eis (ut alijs*
etiam animalibus) uox propria ad initum & uene-
reum coitum.

Caprea

[a] *Caprea omnium animalium minimum eſt cornigerum. Ei interdum cornua inutilia ſunt, Nam & ſi contra nonnulla reſiſtat, & cornibus ſe defendat, tamen feroces, pugnaceſq; belluas fugit.* a. na.an.3.2

[b] *Capriceps Auis, liene omnino caret. Ei fel iungitur iecori ſimul et uentri.* [c] *Eius gulæ pars interior paulo latior eſt, quemadmodum & Noctuæ.* b na.an.2.15 c. natu.ani.2. ulti.

[d] *Caprimulgus, Auis montana eſt, magnitudine paulo maior quam merula, minor quam Cuculus, moribus mollior. Parit oua duo aut tria cum plurima. Sugit caprarum ubera aduolans, unde nomen accepit: cum ſuxerit, uber extingui, capramq; excæcari aiunt parum clare interdiu uidet, ſed noctu perſpicax. eſt.* d.na.an.9.30

[e] *Capus fit ex Gallinaceo. Caſtrantur enim gallinacei parte nouiſſima ſuæ alui, quæ cum coeunt, concidit. Hanc enim ſi duobus aut tribus ferramentis aduſſeris, capos facies. Quod ſi perfectus eſt qui caſtratur, criſta palleſcit, & cucurire deſinit, neq; coitum uenereum repetit. Sed ſi adhuc pullus eſt, ne inchoari quidem ex ijs quicquam poteſt, cum accreſcit.* e. na.an.9.50

[f] *Carduelus Auis, uictitat in ſpinis. Vermem autem, & quoduis aliud animal aſpernatur. Dormit & paſcitur eodem in loco.* f. na.an.8.3.

[g] *Carinus piſcis, nec ouum, nec ſemen ullum proli-* g.na.an4.11

ficum

ficum unquam habet, & qui ſolidiores pinguioresq; in eo genere ſunt, ijs inteſtinum paruum eſt, & laus præcipua in pactu.

a.nat.an.8.3. [a] Carulus auis, apud mare uerſatur, ut alcedo.

b.na.an.9.12. [b] Cataracta Auis, mari uictitat, & cum ſe alto ingurgitarit, manet non minus temporis, quam quo ſpatium tranſieris iugeri. Minor quã accipiter auis

c.na.an.3.ult. hæc eſt. [c] Ei gula tota ampla & lata eſt, ut Anati & Anſeri.

d.na.an.6.ul. [d] Catus ſylueſtris Mures uenatur. [e] In pordoſelena, uia interiacet, cuius ultra alterum latus gignitur catus: citra alterum gigni non poteſt.

e.na.an.8.28

f.nat.an.1.5. [f] Centipeda, uel Centipes, multos habet pedes.

g.nat.an.4.1 [g] Impennata eſt. [h] Eis diutius uiuunt diuulſa, pars

h.nat.an.4.6. etiam quæ abſciſa eſt, in utrunq; ſe mouet extremum. Nam & caput Verſus ingreditur, & in caudam.

i.na.an.2.14. [i] Centipedes ſerpens, quæ & Scolopendra dicitur, maris incola eſt, ſpecie terreſtribus ſimilis, magnitudine paulo minor, colore rubentior, numero pedum copioſior, & crurum tenuitate gracilior. Naſci locis ſaxoſis ſolet, & modo Serpentum, non magna altitudine gurgitum.

k.na.an.9.37 [k] Centipeda piſcis, ubi hamum deuorarit, euomit foras ſua interiora donec hamum eijciat: tum recipit intro, ac Valet eadem qua ante ſalubritate.

Cernua,

[a] *Cernua, piſcis, carniuorus tantum eſt, ut murena, lupus.* [b] *Breui ex paruo inſignem magnitudinem accipit.* [c] *Latet, quemadmodum & murena.* [d] *Littoralis eſt.* a.nat.an.8.2. b.na.an.5.10 c.na.an.8.15 d.na.an.8.13

[e] *Cerrus piſcis mutatur ut alec, ut ex albedine rurſus æſtate ad nigredinē redeat, quod maxime ſuis pinnis & branchijs declarat.* e.nat.ani.8.ulti.

[f] *Certhia Auicula exigua, cui mores audaces, domicilium apud arbores, uictus ex coßis, ingenium ſagax in uitæ officijs, uox clara.* f.nat.an.9.17

[g] *Ceruarius Lupus, qui & Thos dicitur, hominē diligit, & neq; offendit, neq; metuit ualde. Pugnat cum canibus & Leonibus; quo fit ne eodem in loco ſint ceruarij & leones. Optimi ceruarij, qui minores ſunt. Genera huius, alij duo, alij tria ſtatuunt, plura ijs eſſe non uidentur. Per tempora immutātur, & colorem diuerſum hyeme, æſtate ue trahunt: atq; æſtate nudi, hyeme hirti redduntur. Vide Lupus Ceruarius.* g.na.an.9.44

[h] *Cerua plurimum ſubſidens coit, Marem enim ſuſtinere non poteſt, ob eius contentißimum impetum. Veruntamen aliquando etiam ſuſtinent modo ouium, & ſocias declinant, cum turgente iam uenere coitum appetunt. Mas non in eadem immoratur, ſed mutat, breuiq; interpoſito tempore, aliam atq;* h.na.an.6.29

aliam ſupergreditur. Coitus ab arcturo menſe Auguſto & Septembri, Implentur paucis diebus, & ab eodem multæ. Vterum ferunt octo menſes. Pariunt magna ex parte unum. ſed nonnulli etiam geminas peperiſſe perſpectam eſt parere iuxta uias maxime ſolent, metu belluarum. Incrementum hinnuli celere. Purgatio cæteris temporibus nulla euenit Ceruæ, cum autem parit, pituitoſo quodam humore purgatur. Ducere ſuum hinnulum ad ſtabula conſueuit, quem locum ſibi habet refugium. Petra diſrupta eſt uno aditu, unde defendere ſe, repugnareq; ſolet ijs qui inuadunt. Vita eſſe perquam longa hoc animal fertur, ſed nihil certi ex ijs quæ narrantur, uidemus: nec geſtatio aut incrementum humili ita euenit, quaſi uita eſſet prælonga. Monte Aſiæ, Elapho nomine apud Arginuſſam, quo loco Alcibiades mortem obijt, Ceruæ omnes ſciſſa aure ſunt, qua nota uel alibi, ſi loca mutarint, dignoſcuntur. Et quidem fœtus iam inde a primo ortu in utero idem contrahit ſignũ. Quaterna ubera fœminis, ut uaccis. Cũ mares impleuerint fœminas, ſeparantur per ſe ipſi, & propter libidinis graueolentiam quiſq; ſolitarius ſcrobes fodit. Fœtent ut hirci, facies quoq; eorum nigreſcit aſpergine, ut hircorum. Degunt ita, quouſq; imber accedat, tum paſcua repetunt. Hæc ideo ceruo accidunt, quia

quia ſalax animal ſuapte natura eſt, atq; etiam quia pingui abundat. Pinguèſcunt enim æſtate ſupra modum, quam ob rem nec currere quidem poſſunt: ſed ſecundo aut tertio curſu capiuntur ab ijs qui pedibus inſectantur. Fugiunt etiam in aquas, propter æſtum atq; anhelitum. Caro eorum libidinis tempore uitiatur, & fœtet perinde quaſi hircorum. Hyeme itaq; externuantur, debilitanturq;: uere autem uigent, maxime ad curſum. Cum fugiunt, requiem inter correndum aliquam faciunt, conſiſtentesq; manent, dum qui inſequitur, appropinquet, tum fugam item arripiunt, quod ideo facere uidetur, quia interiora laborant, inteſtinum enim tam tenue, imbecilleq; habent, ut etiam ſi leniter percuſſeris, poſsit rumpi, cute adhuc integra. [a] *Cerua, cornuum inops, mutilaq; eſt.* [b] *Cur Cornibus careant, cum dentes ſimiliter habeant atq; mares, cauſa eſt, quod eadē ſexus utriuſq; natura & cornigera eſt: ſed fœminis adempta ſunt cornua, quoniam ne maribus quidem utilia ſunt, ſed uirium meliorum beneficio, mares minus offenduntur.* [c] *Ferarum quadrupedum, cerua maxime prudentia præſtare uidetur, tum quia circa ſemitas pariat, quo ſcilicet belluæ propter homines minus accedunt, tum etiam quia cum peperit, inuolucrum primum exedit, mox ſeſe lim herbam petit, quam cum ederit, redit*

a. na.an.4.11
b. pa.ani.3.2.
c. nat.an.9.5.

ad prolem. Præterea hinnulum ducens in ſtabula, aſſuefacit, quo refugere debeat. Saxum hoc eſt abruptum, uno aditu, quo loco eam ſi quis inuadit expectare, repugnareq; affirmant. Mas item cum pinguerit, quod ualde tempore fructuum fit, nuſquam apparet, ſed longe ſecedit, ut qui pondere ſuæ corpulentiæ capi ſe poſſe facilius ſentiat. Cornua etiam locis difficilibus amittit, & qua inueniri nequeant. Quaſi ſua amiſerit arma cauet ne inermis reperiatur. Cornu ſiniſtrum compertum eſſe a nemine adhuc fertur, occulit enim id, tanquam quodam medicamento præditum. Anniculis nondum cornua naſcuntur, niſi quoad indicii gratia ſit initium quoddã prætuberans, quod breue hirtumq; eſt. Binis cornua primũ oriuntur ſimplicia & recta, ad ſubularum ſimilitudinem, quamobrem ſubulones per id temporis eos uocant. Trimis bifida exeunt. Quadrimis trifida, atq; deinceps ad hunc modum procedit numerus uſq; ad annum ſextum. Ab hoc ſimilia ſemper prodeunt, ita, ne ſit dignoſcere ætatem ramorum numero, ſed senes cognoſcimus maxime indicio duplici illo, Dentes.n. aut nullos aut paucos habent, atq; adnimiculis carẽt, uocantur adminicula rami, qui imis cornibus prominent ante frontem, quibus in pugna utuntur iuniores: ſenes autem carent. Amittunt ſingulis annis cornua

menſe

menſe Aprili, quæ cum amiſerint, occultant ſeſe interdiu, ut dictum eſt, idq; opacis faciunt locis, ut muſcarum tædio uacent. Paſcuntur per id tempus noctu, donec recipiant cornua, quæ primum quaſi cute ueſtita & hirtiuſcula emittunt, ſed cum creuerint ſoli exponunt, ut excoquantur; & ſi coeant. Vbi iam nihil attritu arborum, cum ea ſcalpant, indolent, tunc ea relinquunt loca, confiſi habere iam quo repugnare poſſint, cum res exigit. Captus iam ceruus eſt, hederam ſuis enatam cornibus gerens uiridem; quæ cornu adhuc tenello forte inſerta, quaſi ligno uiridi coaluerit. Cerui morſi uel à phalangio, uel à quouis generis eiuſdem, cancros edunt, quod idem homini etiam prodeſſe putantur, ſed non caret faſtidio. Ceruæ ſtatim à partu exedunt inuolucrum, ut dictum eſt, nec fieri poteſt, ut id accipias: prius enim quam in terram demittant, ipſæ arripiunt. Vis in eo medica eſſe creditur. Cerui, ſibilo & cantu uenantium capiuntur. Mulcentur enim, alliciunturq; ea uoluptate. Itaq; alter uenantium cantat palam aut ſibilat, alter clam ferit a tergo, ubi ſocius tempus iam eſſe ſignificarit. Sed ſi ceruus erectas auriculas teneat, acerrime ſentit, nec latere inſidiæ poſſunt: ſin demiſſas, facile interimitur.[a] Ceruarum ſanguis nullas con- a. ra.an.2.4.
tinet fibras, quamobrem nunquam ſpiſſatur.[b] Ex ge- b.na.an.2.15

nere

nere quadrupedum quæ animal generant, fel ceruo et Damæ deeſt. Ceruis Achainis cognomine, fel contineri in cauda creditur. Eſt, quod ibi contineri aiunt, colore quidem ſimile felli, ſed non ita ut fel humidum, ſed lieni ſimile, parte interiore. Vermes tamen cerui continent omnes ſuo in capite uiuos, qui naſci ſolent ſub lingua in concauo circiter uertebram, qua ceruici innectitur caput, magnitudine haud minores iis uermibus, quos maximos carnes putres ediderint. Gigni uniuerſi atq; contigui ſolent numero adeo circiter uiginti. Sed Ceruus felle uacat, quamquam eius inteſtinum amarum adeo eſt, ut ne a Canibus

a.nat.an.8.5. *quidem attingatur, niſi Ceruus præpinguis ſit*[a] *Cer*

b.na.an.9.50 *ui ab urſis inuaduntur.*[b] *Si cum per ætatem nondum cornua gerunt, caſtrentur, non edunt cornua: ſed ſi corrigeri exciduntur, non decidunt cornua, & magnitudine eadem ſeruantur. Hunc ruminare planum*

c.nat.ani.2.1. *eſt.*[c] *Huic cauda eſt, quamuis exigua, uituli marini modo. Ei etiam ex corrigeris uni cornua tota ſolida. Soli etiam cornua omnibus annis decidua, initio a bimatu, cæteris perpetua, niſi per uim aliquam amit-*

d.nat.an.3.4. *tant. Genitale habent neruoſum, ut Camelus.*[d] *Cor*

e.par.an.3.2. *magnum habet proportione.*[e] *Quia et cornua præ nimio exceſſu ſuperuacua ſunt, ei alterum auxilium*

f.par.an.4.2. *natura adhibuit, nempe uelocitatem.*[f] *Cauſam cur*

diutius

diutius uiuat; hanc eſſe aiunt ueteres; ſcilicet propter uacuitatem fellis.[a] *Pilum habet durum.*[b] *Plures habent uentres, ut capra*[c] *Mares uocem grauiorem quam fœminæ mittunt. uox autem maribus, cum tempus coeundi eſt, fœminis autem cum metuerint: Breuis uox fœminæ eſt maris productior.*[d] *Animal eſt biſuleum, & forcipē pro ungula habet, ut Capra.*[e] *In affrica nullus eſt ceruus.*[f] *Ingenioſus eſt, ac timidus.*

a. na. an. 8. 5?
b. pa. an. 3. 14
c. na. an. 5. 24
d. na. an. 2. 1.
e. na. an. 8. 28
f. nat. an. 1. 1.

[g] *Chalcida, quam alij dignydum uocant, ſuo morſu aut interimit, aut uehementem dolorem mouet. Similis hæc paruis lacertis eſt, ſed colore ſerpentis, quam cæciliam nominant.*

g. na. an. 8. 24

[h] *Chalcis piſcis, erica etiam dicitur, uitio infeſtatur diro, ut pediculi ſub branchijs innati quam multi interimāt, quod nulli ex cæteris accidit. Vide Erica.*

h. na. an. 8. 20.

[i] *Chalcis Auis, raro apparet, montes enim incolit: nigro colore eſt, magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui. Iones Cymnidem eam appellant. Sunt qui eandem hanc auem non aliam eſſe ac ptyngem uelint. Interdiu minus apparet, quia non clare uidet, ſed noctu uenatur more aquilæ: & pugnat cum aquila adeo acriter, ut ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram, & ui ue à paſtoribus capiantur. Parit hæc oua duo, & ſaxis, ſpeluncisq; nidulatur.*

i. na. an. 9. 12.

Chamæ,

a.na.an.5.15 [a] Chamæ, quemadmodum, & conchæ ac pecti-
nes, locis arenoſis ſui ortus initia capiunt.

b.na.an.2.11 [b] Chamæleo figura totius corporis lacertam plane repreſentant. latera deorſum ducta uentri iunguntur, ut piſcibus, et ſpina modo piſcium enimet, roſtrũ Simiæ porcariæ ſimillimum, cauda prælonga, in tenue deſinens, & longis implicata in ſe orbibus lori modo permultis. Elatior à terra eſt quam lacerta, in flexus crurum perinde ut lacertæ. Pedes ſinguli biparti to ſecantur: parteſq; talem inter ſe habent ſitum, quàlem pollex ad manus reliquam partem obiectam. Sed ipſæ etiam reliquæ partes paulotenus in digitos quoſdam finduntur, uidelicet primores, triplici fiſſura interius, duplici exterius, triplici exterius poſteriores, interius duplici. Vnguiculi adunci. Corpus aſperũ totum, ut Crocodilo. Oculi in receſſu cauo intus recepti prægrandes, rotundi, cute ſimili atq; reliquũ corpus obducti, media ſui parte perquam exigua detecti, quà uideant: quæ quidem uidendi ſedes nunquã cute operitur, nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione in orbe mutationeq; quoquouerſus aſpicit, quæ uelit. Mutat ſuum colorem inflatus. Verum & niger non longe diſſimilis Crocodilo eſt, & pallidus, ut lacertæ, maculis diſtinctus, ut pardus, nigris. Mutatur color toto in corpore, nam & oculi

concolores

concolores reliquo corpori redduntur, & cauda eundem colorem accipit. Motus ei piger admodum, ut teſtitudinis eſt: palleſcit cum moritur, defunctuſq; colorem eundem ſeruat. Gulam atq; arteriam ſitu eodem continet, quo lacerta, carnem nuſquam niſi in capite & maxillis, & poſtremo caudæ admodum exiguā poſsidet: nec alibi ſanguinem quā in corde et oculis, & loco à corde ſuperiore, & uenulis hinc tendentibus. Verum nec in ijs quidem ulla copia, ſed pauxillum habetur ſanguinis. cerebrum paulo ſuperius oculis poſitum eſt, & prope ijs contiguum. Cute autem exteriore detracta oculis, quiddam lucens ueluti anulus æneus tenuis, nulla pelle interceptus cingit. Membranæ in omnes fere corporis partes multæ ac ualidæ, longeq; firmiores, quam in cæteris, tendunt. Diſſectus hic totus, ſpirare præterea diu poteſt, motu admodum exiguo, adhuc circa cordis ſedem extante. Et cum omnes corporis partes contrahit, tum uel maxime coſtás cogere, atq; adducere poteſt. Lienē conſpicuum nuſquam continet. Subit cauernas, & latitat more lacertarum. [a] *Omnium ouiparorum pedeſtrium, tenuiſsimus camæleo eſt, quippe qui omnium maxime inopia ſanguinis rigeat. Cauſa ad mores animæ eius referenda eſt: præ nimio nanq; metu multiformis efficitur.* a.par.an.4.11

a.nat.an.9.11. [a] *Charadrius auis, ſicq; appellatur à præruptis torrentiũ alueis, quaſi hiaticulum dixeris: praua hæc auis, et colore, et uoce, & noctu apparet, die aufugit.*

b.nat.an.6.2. [b] *Chenalopeces, quæ & Vulpanſeres, ab anſere et Vulpe cõpoſito nomine dictæ ſunt, plures pariũt,*
c.nat.an.8.3. *ut perdices, columbæ* [c] *Apud mare uictitat.*

d.nat.an.5.9. [d] *Chromes piſces, ſemel pariunt, ut thunni, & multi alij, eoſq; ex argumento fuſaneos cognominant,*
e.nat.an.8.19. *quia fuſim retibus capiantur.* [e] *Maxime infeſtantur algore, ut & cæteri qui lapidem in capite habent, facit enim lapidis rigor, ut per algorem gelentur, &*
f.nat.an.4.8. *excidant.* [f] *Liquidius inter piſces audiunt, ut mugi-*
g.nat.an.4.9. *les, et alij plurimi.* [g] *Sonum quendam ſtridoremq; mouent, qui uocales eſſe exiſtimantur: his enim quaſi grunnitus quidam emittitur.*

Chriſalides, Vide Papiliones.

h.nat.an.5.19. [h] *Cicada ex phalangio & araneo procreatur.*
i.nat.an.5.30. [i] *Cicadarum duo ſunt genera aliæ enim minores, quæ primæ prodeunt, nouiſſimæ pereunt: aliæ maiores quæ canunt, eædemq; nouiſſimæ prodeunt, & primæ intereunt. Sunt quæ canunt præcinctu diuiduæ, ſiue minores, ſiue maiores ſunt: Quæ autem non canunt, indiuiduæ conſtant. Vocant nonnulli grandiores illas & canentes, argutas: minores, mutas. Sed canere uel in ſecundo hoc genere poſſunt paulum, quæ*

præcinctæ

præcinctæ prodierint. Naſci non poſſunt Cicadæ, ubi arbores deſunt, quocirca apud cyrenam nullæ in campo ſunt, cum circa oppidum ipſum multæ prouenıant. Oleas maxime amant, ut minus umbroſas: loca enim frigidiora aſpernantur, quamobrem in opacis nemoribus eſſe nequeunt. Coeunt tam maiores quam minores ſupinæ, cumplexu mutuo, maſq; inſerit in fœminam, ſicut & cætera inſecta agunt. Genitale fœmina habet reſciſſum, quo recipit id quod à mare Inijcitur. Pariunt in aruis ceſſantibus, excauantes aſſeritate præacuta, quam parte habent poſteriore, quo modo bruci etiam ſolo eiuſmodi pariunt: quapropter in Cyrenenſi agro copia eſt. Quinetiam in arundinibus, quo adminiculo uites eriguntur, nidum foeturæ excauant: & in caulibus ſquillæ herbæ interdum pariunt: ſed hic fœtus facile in terram dilabitur, Proueniunt large copia imbrium. Creſcit primo in terra uermiculus, deinde fit ex eo quæ tettigometra uocatur, parentis nomine, quo tempore guſtu ſuauiſſimæ ſunt, antequam cortex rumpatur. Poſtmodum circa ſolſtitia noctu exeunt, ſtatimq; rupto cortice, prodeunt cicadæ ex matrice illa cicada, ſcilicet tettigometra, nigræ protinus, & duriuſculæ, & maiuſculæ, atq; incipiunt canere. Mares utroq; in genere canunt fœminæ ſilent: & ante coitum mares ſua-

uiores ſunt. A coitu fœminæ quippe quæ oua candida guſtu habeant grata: Excitatæ cum ſubuolant, quendam reddunt humorem modo aquæ, quo ruſtici eas mingere, & excremento non carere, roreq; ali aſſeuerant. Si quis digitum contrahens, ac remittens ſubinde appropinquet, magis expectant, quam ſi ilico extendat: & quidem tranſire in digitum alliciuntur: quod enim oculis hebetes ſunt, quaſi frons aliqua mo-
a.na.an.4.7. *ueatur, digitum ita admodum conſcendunt.* [a] *Cicada omnino in annualium genere una ore caret, prolixum quiddam compactum, indiuiſumq; gerit, ſimile ei quod linguæ, ſpeciem refert, in ijs quibus aculeus in ore: eoq; ipſo rorem haurit, alimentum unum & peculiare. Excrementum cicadis nullum in aluo reperitur plura earum ſunt genera, quæ magnitudinis modo differunt: atq; etiam quod alijs corpus ſub tranſuerſo ſepto præcinctum diſtinguitur, membranamq; liquido refert, ut ijs quas ab argutiolo ſono, achetas appella-*
b.pa.an.4.5. *runt, alijs non ita eſt, ut cicadaſtris.* [b] *Omnium inſectorum maximè cicadarum genus ieiunum eſt, ſatis enim is alimento eſt humor, qui in corpore rema-*
c.na.an.8.28 *net.* [c] *Agri Mileſii locis ſibi propinquis cicadæ alteris gignuntur, alteris non.*

d.na.an.5.19 [d] *Cicindela à Clunium fulgore nomen inditum ei eſt: ex erucis quibuſdam naſcitur corpore piloſo, nō*

grandi

grandi primum. Qua deinde mutata pennigerum ani
mal gignitur, quod cirrum uocant. [a] *Cicindelarũ pars* a.na.an.4.1.
eſt pennata, & pars impennis.

[b] *Ciconia lacus & fluuios petit.* [c] *Latet, ut meru-* b.na.an.8.3. c.na.an.8.16
la. [d] *Cum uulnus per pugnam acceperit, cunilam pla* d.na.an.9.6.
gæ apponit. [e] *Appendices habet infra qua deſinit in* e.na.an.3.uli.
teſtinum. [f] *Ciconias genitorum ſenectutem inuicem* f.na.an.9.13
educare inuulgatum eſt.

[g] *Cicunia, quemadmodum & reliqua quæ inter-* g.na.an.9.34
diu nequeunt cernere, noctu uenando cibum ſibi acqui
rit. Verum non tota nocte, ſed ueſpertino & matu-
tino. Venatur autem mures, lacertas, uerticillos &
eiuſmodi alias quaſdam beſtiolas. [h] *Aduncis ungui* h.na.an.8.31
bus eſt, ut noctua.

[i] *Cimex ex humore qui per ſumma corporis anima* i.na.an.5.31.
lium conſiſtit gignitur.

[k] *Cinchlus auis, lacus & fluuios petit, huicq; cau* k.nat.an.8.3.
da motitat. [l] *Vitã apud mare traducit, aſtutus, & ca* l.na.an.9.12.
pi difficilis eſt: ſed captus omnium maxime miteſcit.
Læſus hic eſt, incontinens enim parte ſui poſteriore.

[m] *Circus, tertium eſt accipitrum genus.* [n] *Quia* m.nat.ani.9.36
unguibus eſt aduncis & carne uiuit, Vulpem inua- n.nat.an.9.1.
dit, ac uulnerat.

Cirrus. Vide Cincidela.

Clanga. Vide Aquila.

Clerus

a.nat.an.8.27 [a] *Clerus qui & pyrauſta, eſt uermiculus ſpecie aranei, nocet fauis. Hic ſibi ſimilem forma aranci parit in fauo, & facit ut examen ægrotet.*

b.nat.an.4.4. [b] *Cocalia carnem habent penitus incluſam, nec ulla ex parte conſpectam, excepto capite.*

c.nat.an.4.4. [c] *Cochlea, Teſta operitur. Huic eſt caro, ſed penitus incluſa, nec ulla ex parte conſpecta, excepto capite. Os habet, & dentes acutos, breues & tenues. Sunt inter cochleas, quæ intra ſe beſtiolas habeant ſimiles gammaris puſillis, qui uel in flumine gignuntur: ſed ea differentia, ut præmollem intra ſuam te-*
d.g'.ani.3.ul. *ſtam carniculam habeant.* [d] *Genus cochlearum coire perſpectum eſt, ſed an ortus earum per coitum ſit,*
e.par.an 4 5. *necne: nondum exploratum ſatis habetur.* [e] *His quod interiacet dentibus, carnoſum ſimiliter, ut mollia & cruſtrata. Promuſcidem item habent, inter aculeum & linguam. Ori autem iungitur quaſi ingluuies auium, a qua ſtomachus eſt, quem excipit uenter: in quo ſitum eſt quod papauer uocatur, mox inteſtinum continuum tendit ſimplex, originem a papauere illo ducens.*

Cochlea Terreſtris. *Vide Limax.*

f.na.an.9.21 [f] *Cæruleus Auis ſaxatilis, maxime in Scyro colit ſaxa amans, magnitudine minor quam merula, maior paulo quam fringilla, pede magno eſt, ſcan-*

ditq;

ditq; ſaxa: colore cœruleo, roſtro tenui & longo crure breui ſimiliter ut pipo eſt.

[a] Colaris, ab ulula cæteriſq; aduncis rapitur, unde his oritur bellum. a.nat.an.9.12

[b] Colota, hoſtem habet Aſinum. Dormit enim Colota in præſepibus, & narem ſubiens aſini, ne comedat, impedit. b.nat.ani.9.1.

[c] Collurio Auis, eiſdem quibus Merula ueſcitur. Magnitudo eius quoq; eadem quæ uireoni aut pardalo. Capitur hyberno potius tempore. c.na an.9.23.

[d] Coluber Thebanus, ut Aegyptij perhibent, cornua habere dicitur, quaſi aliquid illi ueluti ueſtigium cornu extuberet. d.na.an.2.1.

[e] Columba Decies anno parit, & omni fere tempore, ut gallina. [f] Pariunt magna ex parte bona oua. Magna ex parte etiam marem & fœminam generãt: priorem marem, poſteriorem fœminam, & cum pepererint primum ouum, uno interpoſito die ſecundum pariunt; incubant ambo uiciſsim, interdiu mas, noctu fœmina: concoquunt atq; aperiunt citra diem uiceſimum ouum, quod prius ediderint, perforant ouum pridie eius diei, quo pullum excludunt: & fouent prolem ambo ad certum tempus, eodem modo quo oua. Fœmina in opere ſobolis acerbior mare eſt. Pariunt nonnullæ undecies anno, Aegyptiæ uero, & duo- e.nat.an.6.1. f.nat.an.6.4.

decies

decies. Coeunt intra annum columbæ quippe quæ ſe meſtres noſſe incipiant uenerem. Citra dies triginta a. hiſt. an. 1. 1. *prole expedita ſuperiore, parit.* [a] *Cum hominibus* b. gen. an. 4. 6. *degunt.* [b] *Imperfectos & cæcos pariunt pullos.* [c] c. hiſt. an. 6. 2. *Eorum oua ſunt candida. Poſt coitum caudam diſtendunt. Facultas his retinendi oui, etiam tempore parturiendi eſt. Nam ſi ab aliquo uexetur, aut penna in nido euulſa, uel quauis alia ſimili re infeſtetur: aut etiam ſponte moroſius habeat, ouum per triſtitiam retinet, partumq; differt. Peculiare columbis illud etiam eſt, ut in coitu, niſi ante mutuo oſculentur, mas non aſcendat: ſed iunior ſit an ſenior intereſt: ſenior enim primum coitum oſculo exorditur, ſequentem & ſine oſculo agit. At iunior, quoties libet coire, toties oſculatur. Igitur hic ritus Columbarum proprius eſt, atq; etiam ille, ut fœminæ ſaliant, ac ſupergreſſu mutuo agant: ſi mas non ſit, & cum oſculo, ut mares: & quamuis nihil altera emittat in alteram: tamen plura ſic oua, quam ex maris coitu pariunt. Verum nullus his enaſcitur pullus, ſed ſunt omnia irrita.* d. na. an. 2. 15 [d] *Eis fel inteſtino iungitur, ut coruo. Lien etiam uſq; adeo* e. nat. an. 1. 1. *exiguus eſt, ut propemodum ſenſum effugiat.* [e] *Gregales ſunt, ut grues, & olores.* f. na. an. 8. 12 [f] *Non diſcedunt, ſed* g. na. an. 5. 13 *apud nos manent.* [g] *Tota æſtate fœtant. Pariunt omnibus anni temporibus, pulloſq; educant, ſi locum*

apricum

apricum habeant, & cibum: ſin minus, æſtate tantummodo fœtant. Sed proles præſtantior uere quam in autumno eſt: deterrima æſtate, & omnino tempore calidiore.[a] *Varie ab accipitribus rapiuntur:* a. na. a. 9. 36 *Alij enim humi conſedentem rapiunt, uolantem non appetunt: alij ſuper arborem, aut tale quid conſcendentem uenantur: ſin humi eſt, aut uolat, non inuadunt: alij neq; humi neq; in ſublimi manentem aggrediuntur, ſed uolantem capere conantur. Fertur etiam à columbis quodq; accipitrum genus cognoſci: itaq; cum accipiter prouolat, ſi ſublimipeta eſt, manent quo conſtiterint loco: sed ſi humipeta qui prouolat, eſt: non manent, ſed continuo auolant.*[b] *Vtraq; ſalpebra conniuent.*[c] *Varij coloris generantur.*[d] *Columbacei generis plures ſunt ſpecies. Eſt enim liuia, à liuore dicta, diuerſum certe a Columba genus: quippe quæ minor quam columba ſit, & minus patiens manſueſcere. Liuet etiam plumis, & pene nigricat, & pedibus rubidis, ſcabroſiſq; eſt: quas ob res nullus id genus, cellare alit. Maximo inter hæc genera corpore ſunt palumbes: ſecundum magnitudinis locum uinago obtinet: paulo maior quam comlumbus: Minimum ex ijs, turtur eſt.*[e] *Viuunt uel ad annum octauum, ſcilicet quæ excæcatæ allectatrices aluntur.*

b. pa. an. 2. 13
c. gen. an. 5. 6.
d. na. a. 5. 13
e. nat. an. 9. 7.

a.na. anis.7. [a] Columbus coniugium iam inde a primo ortu initum, non deſerit, niſi cœlebs. Quinetiã fœminæ parturienti mas adeſt, & cultu omniq; officio fungitur. Sæpe etiam fœminam pigrius euntem ad nidum propter partus laborem mas percutit, cogitq; intrare. Excluſis iam pullis terram ſalſuginoſam potiſſimum præmanducatam in eorum os inſerens ſuum, ingerit; atq; ita præparat ad cibum recipiendum. Adultos iam, cum tempus prodeundi ex nido eſt, mas ſubigit. Ita magna ex parte columbæ mutuo degunt amore, ſed interdum nonnullæ etiam ex maritatis cum alijs coeunt. Pugnax hoc animal eſt. Alter alterum infeſtat, nidumq; alter alterius ſubit, ſed raro: nam etſi ex longinquo minus, tamen apud ipſum nidum ſummo certamine dimicant. Proprium columbarum eſſe uidetur, nec collum, cum bibunt, reſupinent: niſi ſatis

b.natu.ani.3. ulti hauſerint. [b] Columbo, ingluuies præpoſita uentriculo eſt, ut gallinaceo.

c.par.an.3.7. [c] In hoc, Item deficit magnitudine, quippe qui habeat uentriculum feruentiorem.

d.na.an.5.13 [d] Paulo minor eſt quam uinago. [e] Frugibus uiuit, ut

e.na.an.8.3. Turtur, ſemperq; uiſitur. [f] Capite & unguibus cu-

f.na.an.6.7. culum repreſentat. [g] Et lauare & puluerare ſolet.

g.na.an.9.49 h.nat.an.1.1. [h] Conchæ genera complura ſaxis affixa uitam omnem traducunt. Oſtreæ cum ſint abſolutæ mouere tamen ſe nequeunt. Cumq; uictum in humore exerceant, nec

nec foris uiuere queant: nihil uel aeris uel humoris recipiunt. [a] *Conchæ à purpuris perforantur.* [b] *Oſtreis qua cœnum, ibi origo conſiſtit. Conchæ, ut pectines locis arenoſis ſui ortus initra capiunt. Nulla inniten tes radice permanent. Concha quæ pictoribus uſui eſt, craſſitudine plurimum excedit, & florem non intra teſtam, ſed foris habet, comperiri id genus locis cariæ potiſſimum nouimus.* [c] *Dentibus binis fulciuntur, ut cruſtata. fit oſtreis in altero tantummodo latere, id quod oui nomine appellatur, idemq; eſt, quod Echinos habere dicimus.* [d] *Omne oſtrearium ſiue cõcharium genus, tunc optimum eſt, cum grauidum.* [e] *Ex teſtatis eſt concha, & oſtrea.* [f] *Concharum quædã leues ſunt, quas aliqui galadas appellant: aliæ ſcabræ, & oſtreæ, & conchæ nõnullæ, quædã etiã pectinatim diuiſe, ut pectunculi, et cõcharũ nonnullæ. Oſtreis labra ſunt craſſa. Cõcha cornicula habet duo quæ pro magnitudine animãtis plus minus capiunt incrementi. Exerunt caput more omnia eodẽ, idẽq; per motum retrahunt intro: Nonnullis etiam os & dentes acuti, breues & tenues, ut cochleis. Promuſcidas item gerunt modo muſcarum, quod quidem membrum linguæ effigiem præ ſe fert.* [g] *Meatum habẽt oſtreæ, quo excrementum ſecedat. Conchæ etiam ueſcuntur à Mullo, conculæ à Teſtudinibus marinis etiam ue-*

a. p. a. ar. 2. u'.
b. na. an. 5. 15
c. par. an. 4. 5.
d. na. an. 8 u'.
e. na'. an. 5. 1.
f. nat. an. 4 4.
g. na. an. 8. 2.

O ij *ſcuntur*

a. na. an 9.37 ſcuntur. [a] Conchas tenuiores ſcabraſq; efficere circum ſe uelut loricã duram, eamq; eo ampliorem, quo ipſæ ſunt ampliores: atq; de ea quaſi latibulo aut caſula quadam prodire aiunt.

b. na. an. 9.37 [b] Conger, colore & corpore ſerpenti marinæ proxima eſt. [c] Congri fœturam intra ſe continent, ſed non omnibus locis æque id conſtat: nec ipſa fœtura ſatis patet in utero pingui obeſo, ineſt tamen ſerie quadam prolixiuſcula, ut in ſerpentibus, quod certe ignis periculo innoteſcit: pingue enim abſumitur atq; euaporatur, oua autem crepant, & extruſa diſsiliunt. Adhæc ſi palpites, & atteras digitis pingue, leue utiq; ſenſeris, ouum autem duriuſculum. Congri itaq; alij pingue habent, ouum nullum: alij contra, pingue nullum, ouum autem poſsident. [d] Congros locuſtæ cõuincunt: nam elabi non queunt propter cruſtæ aſperitatem. Congri polypos ſuperant, ſed edere non poſſunt: leue enim & lapſum polypi corpus uſum hoſtis effugit. Polypi nonnulli ſua brachia corroſa habent a congruis. [e] Latet conger, ut murena. [f] Leuis eſt, ut anguilla. Binas utrinq; habet branchias, alteras ſimplices, alteras duplices. [g] Congri albicantes, pelagij ſunt: Nigricantes autem ambigunt. [h] Carniuori tantum ſunt, & maximè ſeipſos in ſuo genere comedunt. [i] Sæpe cauda abſciſſa uiuunt, meatu tenus excremẽtario.

c. na. an. 6.17.
d. nat. an. 8.2.
e. na. an 8.15
f. na. an. 2.13
g. na. an. 8.13
h. na. an. 8.13
i. nat. an. 8.2.

excrementario. Abſcinditur ei cauda á muræna.
[a] *Eorum fel alij ad Iecur, alijs infra ſepoſitum adhæ-* a.na.an.2.15
ret. [b] *Exiguam habent gulam.* [c] *Binas tantum habēt* b.na.an.2.17
pinnas. ut anguillæ. c.nat.an.1.5.

[d] *Cordula, paluſtris eſt, ut Rana.* d.nat.an.1.1.

[e] *Cordulus, non pulmonem, ſed Branchias habet.* e.nat.an.8.2.
Egreſſusq; cibum petit in terra, & quadrupes idem
eſt, et ad ambulandum idoneus. Pēna caret, caudāq;
habet laxam, & latam.

[f] *Cornix fœmina tantum incubat, aſſidueq; in ope* f.nat.an.6.8.
re perſeuerat. Mas cibum ſuggerit, paſcitq; incu-
bantem. [g] *cornix, etiam uolantes iam ſuos pullos pa-* g.nat.an.6.6.
ſcens, ipſa comitatur. [h] *Cornices Aegipti, noſtris* h.na.an.8.28
magnitudine pares ſunt. [i] *Cornicibus ingluuies deeſt,* i.na.an.2.ult.
ſed eius uicegula pertinet latior & patentior, uel to-
ta, uel qua propius uentriculum adit. [k] *Littora pe-* k.nat.an.8.3.
tunt, & quæ unda eiecerit animalia, tangunt. Nam
& his natura omniuora eſt. [l] *Cornix amica Ardeo* l.nat.an.9.1.
læ eſt. [m] *Cum parua corpore ſit multos progenerat,* m.gener.ani.4.6.
imperfectosq; ac cæcos parit. [n] *cum Noctua pugnat.* n.nat.an.9.1.
Cornix enim meridie oua ſurripiens noctuæ, abſumit:
cum non clare interdiu noctua uideat. Noctua con-
tra, oua cornicis noctu exidit. [o] *Semper apparet, ac* o.na.an.9.23
in urbibus ſolet præcipuè uiuere, nec loca mutat, aut
latet. [p] *Muſtelæ eſt inimica, quippe quia muſte-* p.nat.an.9.1.

la

la eius oua & pullos uiolet. Pugnat cum Tympano, & ab ea occiditur Tympanis.

a.na.an.9.31 [a] *Coruus locis arctioribus, & ubi non ſatis cibi pluribus ſit, duo tantum incolit: & ſuos pullos cum iam poteſtas uolandi eſt primum nido eijcit, deinde regione tota expellit. Parit quatuor, & quinq;. Tẽpore quo apud pharſala hoſpites mediæ periere, Corui locis Athenarum peloponneſiq; defuerunt, quaſi ſenſum haberent aliquem quo inter ſe rerum euenta ſi-*
b.nat.an.6.6. *gnificarent, & mouerentur.* [b] *Non modo bina (ut alij qui uolunt) parit, uerum etiam plura. Incubat uigin-*
c.na.an.8.28. *ti diebus.* [c] *In Ægypto, minores ſunt corui, quam in Græcia, cuius rei cauſam attribuunt cibo, qui alijs*
d.na.an.2.15 *large, aliis parce ſit.* [d] *His fel inteſtino iungitur.*
e.na.an.2.ul. [e] *gulam habent, ut Cornix.* [f] *Falluntur qui Coruos*
f.gen.an.3.6. *ore coire opinentur. Coruinum genus, libidinoſum non eſt, quippe quod parum fœcundum ſit, coire tamen id quoq; uiſum eſt: ſed enim non cogitaſſe, quẽadmodum ſemẽ ad uuluam deueniat per uentriculum, qui ſemper quod ingeſtum eſt, concoquat, ut patet in cibo perficiendo, abſurdum omnino eſt, Vuluas autem & oua id genus auium habere cernitur iuxta ſe-*
g.par.an.3.1. *ptum.* [g] *Coruo robuſtum atq; prædurum os eſt.* [h] *Iam*
h.gen.an.5.6. *Coruus uiſus eſt albus.* [i] *Coruus aquilam percnopte-*
i.na.an.9.32.
k.nat.an.4.8. *rum uerberat.* [k] *Quam ſub aquilam, et ciconiam mõ-*

tanam

tanam uocant eã quæ uulturis ſpeciem reficitur.[a] *Cũ miluo pugnat. Eripit.n. Miluus a coruo quicquid tenet, ut qui et unguibus ſit præſtantior & uolatu. Ita fit, ut eos quoq; uictus rattro faciat inimicos. Tauro et Aſino aduerſarius eſt, quippe qui aduolãs feriat, & eorum oculos laceret. Vulpi amicus eſt: pugnat enim cum æſalone, unde fit, ut huic, cum ab illo percutitur, auxilietur.*[b] *Semper apparet, ac in urbibus ſolet præcipue uiuere, nec loca mutat, aut latet.* a.nat.an.9.1. b.na.an.9.23

[c] *Coruuli piſces, ſiue gracculi, gregales ſunt.*[d] *Prodeſt his ferme præter cæteros piſces, annus ſquallẽs: quod his quoq; ob eam rem commodior eſt, quia per ſiccitatem potius tepor accidit.*[e] *Cum coruulus utero fert, optimus eſt.*[f] *per hyemem hunc apertiſſime nouimus latere.*[g] *Poſt mullum fœtificat inter algas, ut pote qui locis ſaxoſis degat, fert uterum longo temporis ſpatio. Nonnuſquam meſſe tritici parit.*[h] *Hic præcipue inter minora incremento perficitur. Vide Graculus.* c.nat.an.9.2. d.na.an.8.19 e.nat.ani.8. ulti. f.na.an.8.15 g.na an.6.17 h.na.an.5.10

[i] *Cotti, piſciculi ſunt fluuiatiles, qui ſub ſaxis ſtabulantur. Capiuntur à nonnullis ſaxo percuſſo, ſub quo latent: protinus enim inde exturbantur, ut qui audiant; & caput per ſtrepitum tententur.* i.nat.an.4.9

[k] *Coturnix nidum ſibi non facit, ut perdix: quibus enim uolandi facultas deeſt, ijs nidus non prodeſt:* k.nat.an.9.8.

ſed

ſed facta in aprico area, alibi enim nuſquam parit, atq; materia, ut uepribus quibuſdam congeſtis, quo ad accipitrum & aquilarum iniuriam deuitare poſſit, oua edit & incubat. Mox cum excluſerit, protinus pullos educit, propterea quod nequit ſuo uolatu ijs cibum adminiſtrare. Refouet ſuos pullos ſub ſe ipſa ducendo, more gallinæ. Nec eodem in loco & parit & incubat, ne quis locum percipiat longioris tẽporis mora. ſicq; ad nidum quis uenando, accedat. Coturnices in uenere pugnant ut perdices. Nunquã
a.hi.an.8.11. *in arbore conſiſtunt, ſed humi.* [a] *Diſcedunt antequã grues, altera enim auguſto, altera Septembri menſe incipiunt. Autumno quam uere ſunt pinguiores. Hybernare apud nos non patiuntur, niſi paucæ locis apricis remanſerint. Cum ceciderint, ſi ſerenum ſit, aut aquilonium tempus ſociantur, & proſpere degunt: ſed ſi auſtrinum, moleſte: propterea quod parum uolant, humidus enim grauiſq; auſter eſt. Quamobrem qui aucupantur, auſtrum non aquilonem obſeruant. Omnino ægre propter ſui corporis pondus uolant: ſunt enim corpore grandiore, quam ſuis pennis deferri poſsint, uociferantesq; ob eam rem uolant: laborant enim quaſi oppreſſe onere. Cum hæc adeunt loca, ſine ducibus pergunt: at cum hinc habeunt, ducibus lingulaca, oto, & matrice proficiſcuntur atq;*

etiam

etiam Cycramo, a quo etiam reuocantur noctu, cuius uocem cum ſenſerint aucupes, intelligunt parari diſceſſum. [a] His fel inteſtino iungitur, ut coruis. [b] Gulam habent ampliorem infra. [c] In pugna uocem emittunt. cantus maribus tantum datus eſt. [d] Auium cor nunquam comedunt.

a.ns.an.2.12
b.ns.an.2.ul.
c.nat.an.4.9.
d.na.an.9.11

[e] Crabrones non floribus ut apes, ſed carne magna ex parte uiuunt, unde fit, ut uerſari uel in ſtercore ſæpe ſoleant. Venantur etiam muſcas maiuſculas, quas ubi ceperint, abſciſſo capite, reliquum corpus geſtantes auolant, ſed pomum etiam dulce appetunt. Duces more apum ueſparumq; habent, qui proportione Crabrones maiores, quam Veſparum ad Veſpas, & apum ad apes ſunt. Degunt his quoq; intus, ut ueſparum duces. Faciunt ſibi alueum ſub terra, ea egeſta, & ut formicæ excauant. Miſſio enim ut apum, nulla eorum fieri ſolet: ſed qui ſubinde oriantur nouelli ibidem manent, & alueum terra egeſta faciunt ampliorem: amplificant maiorem in modum, & iam ex ualentiore quodam examine qualli tres, & quatuor fauorum pleni excepti ſunt. Nec uero cibum ritu apum ſibi recondunt, ſed ieiuni latent per hyemem, quo tempore plurimi moriuntur: an etiam omnes nondum certum eſt. Duces non plures uno, ſingulis eorũ examinibus oriuntur, & inter apes gignuntur plures, qui

e.na.an.9 42

examina diſtrahunt. Sed ſi qui crabrones ſuo alueo aberrarint, colligunt ſe ad aliquam arborem, fauoſq; ibi conficiunt, qui uel ſæpe conſpicui apparent, in quibus unum procreant ducem, qui cum adoleuerit, agmē adducit, & ſecum in alueo collocat. De coitu Crabronum, nil adhuc exploratum habeo, nec unde fœtificent. Omnes armari aculeo uidentur: ſed de eorum duce, conſiderandum accuratius eſt, an aculeum habeat.

a.gener.anim. 3.10. [a] *Nil, ut apum genus, habent diuinitatis: generant quippe Matrices uocatæ, primoſq; fauos confingunt: generatione uero coeundo inter ſe funguntur.* b.na.an.5.23 [b] *Si duce amiſſo aberrauerint, fauos ſuæ proli conſtituunt in ſublimi. Cellis ſexangulis fauos extruunt omnes, ut apes, ſed ex materia corticea quadam, & araneoſa. Fœturam modo apum inſtillant ad latus cellarum faui, & parietibus admouent. Verum non in omnibus cellis ineſt æqualis fœtus, ſed alijs iam grandiuſculus, ut uel queat uolare, alijs in Nympha eſt, alijs adhuc in uermiculo. Excrementum uermiculis tantum, ut in apum genere, manet fœtus immobilis, cum in Nympha eſt, & membrana uelatur. Paululum mellis quantum gutta, in cellis Crabronum è regione proli paratur. Schadoues huius generis, non uere, ſed autumno fiunt, et creſcunt maxime plenilunio. Hæret & fœtus & uermiculus non in imo cellæ ſed late-*

rī.

ri. [a] *Annui ſunt, ut Veſpæ.* [b] *Diuerſicolores ſunt magis quam apes.* [c] *Inſectorum officioſiſſimum hoc genus eſt, ut apum, formicarum, ac ueſparum.* [d] *Horum uermes quandiu recentes ſunt & aluntur tantiſper & ſtercus emittere uidentur: at cum formæ liniamenta receperint, ſub qua facie Nymphæ appellantur, iam neq; cibum præterea capiunt, neq; ullum reddunt alui excrementum, ſed coerciti & contracti quieſcunt: nec ullo pacto mouere ſe patiuntur, uſq; dum ſpecies deſtinata perficiatur: quo facto euolat proles, rupto quo continebatur folliculo.* a. na. an. 9: 40 b. gen. an. 5. 7. c. na. vn. 9. 38 d. na. an. 5. 19

[e] *Crango ex genere ſquillarum eſt. Huius lateri caudæ utrinq; pinnæ adnexæ ſunt quarum pinnarum media, utroq; in genere ſpinulis horrent. Verum in Crangine latiora ſunt.* e. nat. an. 4. 2.

[f] *Crex Auis moribus pugnacibus eſt, ingenio ualens ad uictum, ſed cætera infœlix.* [g] *Digitus quem pro calce habet parte poſteriore minutus ineſt ei, ut pote quæ longa habeat crura.* [h] *Pugnat cum galgulo, & merula, & uireone: Nocet enim his, & eorum pullis.* f. na. an. 9. 17. g. pa. an. 4. 14 h. nat. an. 9. 1

[i] *Crocodilus, greſſilis eſt, ut lutris.* [k] *Crocodilo fluuiatili oculi ſunt ſuis, dentes magni, ex ertiq; ungues robuſti, cutis corticoſa, contra omnẽ ictum inuicta, uiſus in aqua hebes, extra acerrimus; Dies* i. nat. an. 1. 1. k. na. an. 2. 10

itaq; in terra parte maxima agit; noctes in aqua temporis ratione: Tepidiorem enim aquam experi-
a.na.an.2.11. *tur, quam aerem.* [a] *Corpus habet Crocodilus aſperum totum, ut Chameleon, nec ei longe diſſimi-*
b.na.an.2.15 *lis colore.* [b] *Admodum exiguum habet lienem, ut la-*
c.pa.an.4.11 *certa.* [c] *Crocodilus fluuiatilis, unus inter cætera maxillam mouet ſuperiorem, cuius rei cauſa eſt, quod pedes ad capiendum retinendumq;, inutiles habent: parui enim admodum ſunt. Itaq; ad hunc uſum natura os ei pro pedibus utile condidit, ad retinendum uero, unde ictus inferri uehementius poteſt, inde motus commodius agitur. Infertur autem uehementius deſuper, quam de parte inferiore. Ergo cum utriuſq;, tum capiendi tum mordendi uſus ore adminiſtretur, magis autem neceſſarium retinendi officium ſit, cui nec manus ſint, neq; pedes idonei, commodius huic eſt moue-*
d.na.an.2.1. *re ſuperiorem maxillam, quam inferiorem.* [d] *Crocodilo crura tum priora, tum etiam poſteriora retrofle-*
e.na.an.5.33. *ctuntur, paulum in latus uergentia.* [e] *Crocodilus tã terreſtris quam fluuiatilis, ſua oua terræ gremio cõmittit. Fluuiatilis, oua ſexaginta complurimum parit, uiuitq; diu, maximumq; animal minima hac origine euadit. Ouum enim non maius quam anſeris, & fœtus inde excluſus proportione eſt: attamen creſcit ad quindecim cubita. Sunt qui eum tandiu augeri,*

quandiu

quamdiu uiuat, confirment. [a] *Crocodilus fluuiatilis condit ſe. Menſibus quatuor frigidiſſimis latet, nec per id tempus quicquam comedit.* [b] *Crocodilus quem Aegyptus fert lingua caret, eſt enim ſimilis quibuſdam piſcibus.* [c] *Crocodilus fluuiatilis linguam non habet: hunc enim non niſi locum tantummodo linguæ habere putaueris, cuius rei cauſa eſt, quod idem & terreſtris & aquatilis quodammodo eſt, ergo ut terreſtris locum obtinet linguæ, ut aquaticus elinguis eſt.* [d] *Teſtes habet crocodilus, non tamen qui foris pendeant, ſed qui intus adhæreant lumbis.* [e] *Crocodilo utroq; eadem ratio uentris inteſtinorumq; eſt, ut in lacerto.* [f] *crocodilis hiantibus Trochili aues inuolantes depurgant dentes, quo munere & ipſi aluntur, et crocodilus ſentiens ſecum commode agi, nil nocet, ſed cum egredi auem uult, ceruices mouet ne comprimat.* [g] *Fluuiatilis humore ita gaudet, ut ne uiuere quidem diſcluſus ab aquæ natura ualeat: & niſi aliquandiu ſpiret, interit: & parere educareq; ſolet in ſicco.* [h] *Crocodili genus manſuetum ſe exhibet ſacerdoti locis quibusdam, propter cibi curam, quæ ibi inſumitur: quod idem fieri cæteris etiã locis intelligi licet.* [i] *Crocodilus pedibus natat & cauda, quam ſimilem ſiluro habet, quoad magnum licet conferre.* [k] *Crocodilis os in utrunque uſum utile factum eſt a natura, cum ita*

a.na.an.8.15.
b.na.an.2.10
c.pa.an.4.11
d.na.an.3.1.
e.na.an.2.ul.
f.nat.ani.9.6.
g.na.an.8.2.
h.na.an.9.1.
i.nat.an.1.5.
k.pa.an.4.11.

maxillæ

maxillæ moueantur.

a.nat.an.8.13. *[a] Cuculi piſces, & in littore & in alto uiuunt.*
b.nat.an.4.9. *[b] Vocales ſunt, & ut Cuculus auis obſtrepunt, unde nomen acceperunt.*

c.nat.an.6.7. *[c] Cuculus Auis, ex accipitre fieri, immutata figura, a nonnullis putantur, quoniam quo tempore is apparet, accipiter ille cui ſimilis eſt, non aſpicitur. Sed ita fere euenit, ut ne cæteri quidem accipitres item cernantur, cum primum uocem emittit Cuculus, niſi perquam paucis diebus. Ipſe autem breui tempore æſtatis uiſus, hyeme non cernitur. Eſt hic neq; aduncis unguibus, ut accipiter: neq; capite accipitri ſimilis: ſed ea utraq; parte columbum potius quam accipitrem repreſentat: nec alio quam colore imitatur accipitrem: niſi quod accipiter maculis diſtinguitur, ceu lineis: Cuculus uelut punctis. Magnitudo atq; uolatus ſimilis accipitrũ minimo, qui magna ex parte per id tempus non cernitur, quo cuculus apparet, nam uel ambo una niſi aliquando ſunt. Quinetiam ab Accipitre interrimi cuculus uiſus eſt, quod nulla auis ſuo in genere ſolet facere. Pullos cuculi nemo ſe ait uidiſſe. Parit tamen, uerum non in nido quem ipſe fecerit, ſed interdum in nidis minorum auium, & oua quæ aliena repererit, edit: Maxime uero nidos palumbium petit, quorum, & ipſorum oua eſu abſumens,*

ſua

*ſua relinquit. Parit maiore ex parte ſingula oua ra-
ro bina. Curucæ quoq; in nido parit, fouet illa, & ex
cludit, & educat: quo quidem præcipue tempore et
pinguis, & grati ſaporis cuculi pullus eſt.*[a] *Parum* a.gen.an.3.1.
*generat quanquam aduncus non eſt, quia naturæ fri-
gidæ eſt. Pauidam eſſe hanc auem apertum eſt: cum
ab omnibus auibus fugetur.*[b] *Parit etiã in nido alau* b.na.an.9.29
*dæ, humi, ac etiam in nido luteolæ appellatæ ſuper ar
borem. Ouum quod parit, non ipſe incubat, ſed auis
in cuius nido pepererit, ea incubat, excludit, atq; enu-
trit: quæ cum ipſe alienigena pullus accreuerit, ſuos
eijcere dicitur, ita ut pereant. Alij eos a genitrice
occidi, & dari in cibo cuculi pullo aiunt, uidelicet im
probatos propter ſpeciem cuculi elegantiorem, Sed
quanquam plurima ex ijs uidiſſe nonnulli confirmant,
tamen de pullorum interitu non cõuenit inter omnes.
Alij enim cuculum ipſum repetere nidum, cui ſuum
ouum mandarit, pulloſq; deuorare nutricis uolunt:
alij pullũ cuculi, quod magnitudine præſtet poſſe per-
cipere cibum omnẽ oblatũ, atq; ita cæteros fame peri
re autumant: alij ipſum ut fortiorem, cæteros paſtus
conſortes occidere, authores ſunt. Sed prudenter ſa-
ne prolis ſuæ procreationem moliri uidetur Cuculus:
Cum enim ſe ignauum, minimeq; opitulandi potentẽ
nouerit, facit quaſi ſuppoſititios ſuos pullos quo ſer-*

uari

a.na.an.9.30 *uari poſſint.* [a] *Paulo maior quam caprimulgus eſt.*
b.ge.an.1.19
c.nat.an.1.5. [b] *Culex, nec ex animali naſcitur, neq; coit* [c] *An*
d.na.an.8.18 *teriore parte aculeum gerit.* [d] *Senectutē exuit.* [e] *Pri*
e.nat.an.1.1. *mo uiuit in humore: deinde forma immutata, foris*
uitam incipit agere Culex paluſtris, ex ijs enim aſili
f.nat.an.4.7. *proueniunt.* [f] *Aculeo ſuo acriter pungit.* [g] *Culice*
g.na.an.8.3. *gaudet pipo tum maior tum minor: nec alio magis quā*
h.na.an.4.8. *uenatu culicum uiuit.* [h] *Culices dicti muliones mel ſen*
tiunt, quod niſi odore agnoſcerent, nunquam, e longin
i.na.an.5.19. *quo ſentirent.* [i] *Culices muliones ex aſcaridis generā*
k.na.an.5.32 *tur.* [k] *Culices ficarios Caprificus generat ſuis pomis.*
fit primum uermiculus, mox rupta cute euolat Culex,
mutataq; ſede, petit ficus immaturas, quibus ſe inſi-
l.na.an.5.19 *nuans, facit ne decidant.* [l] *Culices uinarij, ex uer-*
miculis, qui fece uini aceſcente gignuntur, originem
trahunt.

m.na.an.8.3. [m] *Culicilega Auis magnitudine parua, quanta*
ſpinus, colore cinereus, diſtinctus maculis, uoce par
ua, qui & ipſe lignipeta eſt.

n.nat.an.1.1 [n] *Cuniculus, ingenioſus & timidus eſt, ut lepus.*

o.na.an.6.17 [o] *Curſio piſcis, aſtate parit.* [p] *Curſores gregales*
p.na.an.1.1. *ſunt.*

q.nat.an.8.3. [q] *Curuca Auis, Vermiculis ueſcitur, ut ficedu*
r.na.an.6.7. *la.* [r] *In huius nido parit Cuculus: fouet hæc, & exclu*
dit, & educat.

Cugnus

[a] *Cygnis planipes eſt, & apud lacus paludeſq; uiuit, nec probitate uictus, morum, prolis ſenectutis uacat. Aquilam ſi pugnam cœpetit, repugnãs uincit. Ipſe autem nunquam niſi prouocatus infert pugnam. Canere ſolitus eſt, & præcipue iam iam moriturus. Volat etiam in pelagus longius, & iam quidam cum in mari Africo nauigarent, multos canentes uoce flebili, & mori nonnullos conſpexere.* [b] *His ut alter alterum deuoret, in more eſt, maxime in uolucrum genere.* [c] *Gregales ſunt, ut Grues.* [d] *Appendices habent infra qua deſinit inteſtinum.*

a.na.an.9.24
b.nat.an.9.1.
c.na.an.8.12
d.na.an.2.ul.

[e] *Cynoraiſta, pediculus Canis.* e.na.an.5.31

Cynchramus Auis, dux Coturnicum. Vide Coturnix.

Cynocephalus, Vide Caniceps.

[f] *Cyprinus piſcis, quinquies aut ſexies anno parit, partumq; ſyderum ratione potiſſimum facit. Tardæ generationis eſt ouaq; edita à mare ſeruantur, ne à piſcibus occurrentibus abſumantur. Cyprini ouũ & cæterorũ eius generis fit magnitudine milij. Vadis intrudit ſe cum parturit, ac ſæpenumero ſingulas fœminas mares tredecim & quatuordecim perſequuntur. Mox fœmina oua procedendo emittit, mares ſectantes, ſemen ſuum ouis reſpergunt: Verum plurima pereunt. Quod enim fœmina nõ ſtabilis, ſed mutans cõ-* f. na.an.6.14

tinue parit, diſsipari oua neceſſe eſt, uidelicet ea, quæ non in materiem inciderint aliquam, ſed excepta ab unda ferantur. Tunc oua ſua cuſtodit Cyprinus,
a.na.an.2.13 *cum congeſta repererit.*[a] *Quaternas duplici ordine*
b.nat.an.4.8. *habet brãchias, nouiſsima excepta, ut ſylurus.*[b] *Huic palatum carnoſum pro lingua eſt, ita ut niſi diligen-*
c.na.an.8.20. *ter inſpexeris, lingua id eſſe uideatur.*[c] *Morbum habet proprium, Canis exortu potiſsimum, quod ſublimis innatet, ſideratur, & tonitruo ſopitur magno, ſed leuius quam Sylurus.*

Cyſpellus. Vide Apodes.

D

a.nat.a.2.15. DAma[a] *felle caret, ut Ceruus.*[b] *San-*
b.na.an.2.4. *guis eius fibras non continet, ideoq; nunquam ſpiſſatur.*

c.nat.an.8.2. [c] *Daſquillus piſcis, Cœno & ſtercore ueſcitur.*
d.na.an.6.12 [d] *Delphinus, ut balena & reliqua Cete, quæ non branchias, ſed fiſtulam habent animal generant. Delphini ſingulos magna ex parte edunt, interdum tamẽ & binos. Viſus Delphinus eſt dormire, roſtro emerſo, ac ſtertere. Lac habet quo ſuos nutrit fœtus, geſtatq; eundem infirmum infantia. Adoleſcit celerius proles eius, quippe quæ annis decem ad ſummam*

mam perueniat magnitudinem, geſtatur utero decem menſibus. Partus Delphinis æſtate, nec ullo tempore alio. Fit etiam ut Delphini tricenis diebus occultentur, et lateant circa ortũ Canis syderis. Adultos etiam fœtus diu comitantur. Magna erga natos charitas in hoc animali eſt, uiuit annis compluribus. Conſtitit enim nonnullos uixiſſe annis XXV. alios etiam XXX. quod cognitum eſt, præciſa a piſcatoribus cauda, ut quos ita reddidiſſent mari, captos item agnoſcerent, et temporis ſpacium ſcirent. [a] *Delphinum nec terreſtrem tantum, neq; aquaticum facile dixerim. Siquidem terreſtrem, quod aerem recipit, aquatilem, quod aquam; ſecundum naturam eſt. Particeps namq; eſt utriuſq;, cum & mare accipiat reddatq; per fiſtulam, & aerem per pulmonẽ, habent enim Delphini hoc membrum, & ſpirant. Quamobrem Delphinus retibus apprenſus, breui tempore ſtrangulat, ut qui ſpirandi facultatem amiſerit. Foris uero diutius uiuere poteſt mutiens & anhelans modo cæterorum ſpirantium, quinetiam dormiens roſtrum exerit ſupra mare, ut ſpiret. Carne tantum ueſcitur.* [b] *Plurima de ijs narrantur indicia morum placidorum ac mitium, amores quoq; in pueros, & affectus libidinis, cum circa Tarentum & Cariam, tum etiam, locis alijs referunt. Fertur etiã*

a. nat. an. 8. 2.

b. na. an. 9. 48

Delphino, apud Cariam capto atq; ſaucio, ingentem reliquorum multitudinem conueniſſe ad portum, immoratamq; donec piſcator dimiſerit eum quem ceperat, tum omnes ſimul recepto captiuo rediſſe. Paruos item Delphinos magnus aliquis ſemper comitatur cuſtodiæ cauſa. Iam conſpectus eſt Delphinorum grex, maiorum & minorum promiſcuus: poſt quem duo quidam paulo poſt uiderentur, delphinulum defunctum labentem in imum, ſubire, & in ſumma pelagi dorſo euehere, quaſi miſerantes, ne ab aliqua bellua deuoraretur. Quinetiam de uelocitate huius animalis, mira & incredibilia quædam accepimus. Omnium enim uelociſſimum eſſe creditur animalium, tum aquatilium, tum terreſtrium. Superſiliunt etiam malos Nauigorum maiorum: quod tunc potiſſimum euenit, cum aliquem inſectantur piſcem, quem deuorent. Tunc enim ſi quem impetunt longius fugit, ad una gurgitum perſequuntur propter famis neceſſitatem. Quod reditus longior ſit, retinent ſeſe, quaſi ſpatium cogitantes, conuerſiſq; feruntur perinde ac ſagitta pernices, ut celeritate oportuna longo tranſmiſſo itinere ad locum ſpirandi deueniant: quo impetu fit, ut ſe eiaculenter in aerem, & ſuperſiliant malos nauigorum quæ forte affuerint.[a] *Cum nullam partem auditui dedicatã aperte habeant, tamen capiun-*

a. nat. an. 4.8.

tur per ſtrepitum capite aggrauato. Et cùm olfactus quoq; partem nullam ſenſoriam habeant manifeſtam, tamen ſagaciter odorantur. Cum piſcatores repente alueis uniuerſum circundederint gregem delphinorũ, inde obſtrepentes in mare, efficiunt ut territi erumpant uniuerſi in littora, capianturq;, tentato grauatoq; capite, præ ſtrepitus inflicti nimietate. [a] *Planis admotis partibus agunt in coitu, nec parum multum ue temporis ſed mediocre in eo ipſo conſumunt.* a.nat.an.5.5.
[b] *Fiſtulam habent a dorſo.* [c] *Os habent infra parte ſupina, quamobrem niſi conuerſi reſupinentur, cibum corripere nequeunt.* [d] *Teſtes ijs intus iuxta aluum cõduntur.* [e] *Mammas habet delphinus, animal quippe concipit ilico & creat. Continet hic ſuas mammas, non parte ſuperiore, ſed prope genitale. Nec modo quadrupedum papillas conſpicuas habet; ſed uelut alueolos quoſdam humoris duas, utroq; de latere ſingularem, e quibus lac fluit, quod ore catulorum ſectantium parentem excipiatur, idq; iam a nonnullis perſpectum eſt.* [f] *Maris quod a Cyrena in Aegyptum panditur, piſcis peduulus nomine circa Delphinum eſt qui omnium pinguiſſimus fit pabuli copia, quæ Delphini opera ſuppeditatur.* [g] *Longeuus eſt propter fellis uacuitatẽ.* [h] *Aſilo agitur etiam.* [i] *Oſſa habet non ſpinas.* [k] *Stridet ac mutit, efferens ſe*

b.nat.an.1.5.
c.na.an.4.13.
d.nat.ani.3.1.
e.na.an.2.13.
f.na.an.5.31.
g.pa.an.4.3.
h.na.an.8.19.
i.na.an.3.7.
k.nat.an.4.9.

in aerem. Pulmonem etiam & arteriam habet, pro
indeq; nonnihil uocis poteſt promouere lingua tamen
libera, abſolutaq; caret, et labris, quibus uocis aliquē
a. nat.an.8.2. poßit articulum efformare. [a] Cæteris piſcibus captu
ra minorum à fronte agitur ore, ut ſolent meare. Del
phini autem reſupinati corripiunt: Habent enim os
ſubter, unde fit ut periculum minores facilius poßint
euadere, alioquin pauci admodum ſeruarentur, quip
pe cum Delphini celeritas, atq; edendi facultas, mi
ra eſſe uideatur.

b. nat.ani.8.2 [b] Dentices piſces, carniuori tantum ſunt, ut Mu
renæ, & mollia appetunt. Euenit plerumq; Denti
ci, ut cum piſces minores inſequantur, uenter proci
dat, propter ea quod piſcium uenter iuxta os poſitus
c. nat.an.8.13 eſt, nec gula ſubeſt. [c] Littoralis eſt. [d] Gregales
d. na.ani.9.2.
e. na.an.2.13 ſunt dentices. [e] Hijs branchiæ ſunt quaternæ utrinq;
f. na.an.2.15 ſimplices. [f] Propius à iecore fel habent.

Dignyda, Vide Chalcida.

g. na.an.8.20 [g] Draco Anguis, ſilurum interficit. [h] Diſsidet
h. nat.an.9.1.
i. nat.an.9.6. cum aquila. [i] Cum per uſum pomorum nauſea infeſta
tur, ſuccum ſylueſtris lactucæ exorbet, quod ita fa
cere ſæpius uiſus eſt.

k. na.an.8.13. [k] Draco piſcis, littoralis eſt.

E

ECHINIS[a] Caro negata eſt, idq; ipſum habet peculiare, ut nullã intus carnem cõtineant. Nigra quædam in omnibus uice carnis ſpectamus. Genera Echinorum plurima. Primum quod cibo idoneum eſt, in quo quæ oua appellant, magna, eſculentaq; conſiſtunt, pariter in maiore corpore & minore, Nam nouelli adhuc paruiq; pleniuſculi illis conſtant. Secundum ac Tertium ſpatagi & briſſi; quæ genera pelagia ſunt, raraq; inuentu. Adhæc, quæ ECHINOMETRA appellatur, quaſi matrẽ aut matricem dixeris Echinorum, quæ quidem omnes magnitudine excedit. Genus item aliud & minutum; ſpinis lõgis, præduriſq;, gigni in alto gurgite ſolitum, quo nonnulli ad deſtillationes urinæ medicamento utuntur. Circa Toronem Echini naſcuntur candidi & teſta, & ſpina, & ouo: augeri forma productiore, quam cæteri ſoliti. Spina ijs parua, nec rigida, ſed mollior. Nigra autẽ illa ori applicata plura, & ad foramen exterius coeuntia habentur, ſed diſiuncta inter ſeſe, quibus quaſi interuentu liminum diſcriminantur. Mouentur agilius, & frequentius, qui ſunt cibo idonei, cuius rei argumentum, quod ſemper aliquid algæ ſuis ſpinis implexum.

a. na. an. 4. 5.

plexum gerant. Sunt ergo omnibus oua, ſed nonnullis exiguia, nec cibo apta. Euenit autem, ut quod caput appellant & os, uerſum in terram ſit, quod uerò ad excrementi exitum deputatum eſt, id ſupra habeantur; paſtus enim de imis petatur necesſe eſt. Vnde fit, ut os inuerſum ad paſtum ſit, excrementum uero ſupertius parte prona teſte contineatur. Dẽtes quini Echinis omnibus ſunt, caui intrinſecus: inter quos caruncula quædã interiacens linguæ officio fungitur, mox iungitur gulæ, deinde uenter in partes quinq; diſtinctus, plenusq; excrementi: cuius meatus omnes in exitu excrementi coeunt, qua teſta forata eſt. Ventri autem ſubdita ſunt, quæ oua appellant, membrana obducta, diuerſa, eodem in omnibus impari quinario numero: quorum quod nigricat parti crẽditum eſt ſuperiori, ex Dẽtium origine pendens, amarum, nec eſculentum, quale in multis ineſſe animaduertimus, aut certe eius proportionale. Corpus his, priore atq; nouiſsima parte ſpiſſum, & continens cætera uero non continuum, ſed ſimile lateruæ, cui non obducta membrana eſt. Spinis ſuis utuntur, perinde ac pedibus: ijs enim nitibundi mouentur, ſedemq; per mutant. [a] Ab urtica corroduntur. [b] Genus omne quod teſta operitur, uerno autumnaliq; tempore oua habere cernuntur, exceptis Echinis cibo idoneus: quippe quibus

a. nat. an. 4. 6.
b. na. an. 5. 12

pe quibus eſt per ea tempora præcipue ubertas ouorum, tamen nullo tempore committitur, ut ouis omnino careant: ſed maxime plenilunijs, diebuſq; tepidis reſtituuntur: redduntq; pleniores: præterquã ij quos Pyræus fert Euripus: nam illi hybernis menſibus meliores ſunt, parui quidem, ſed pleni ouorum. [a]*In globum circumacti ſunt.* [b]*Detrimentum ſummum recipiunt à ſtella, propter nimiam calliditatem eius, Echini Euripi Pyrrhenti.* [c]*Echinus omnium maxime à Natura munitus eſt, quippe qui teſta undiq; ſpinis frequentibus circumuallata celetur, quam quidem rem hic in genere teſtato ſortitur.* [d]*Echini pelagici, quorum uſus contra urinæ ſtillicidia eſt, quippe qui frigiditate maris præalti, in quo degunt (ſexaginta enim atq; etiam amplius paſſuum gurgite oriuntur) ipſi quidem ex igni ſint, ſed aculeos grandes duroſq; gerunt.* [e]*Echinus inter teſtacea genera, quibus facultas ingrediẽdi eſt. Vertibula, glandeſq;, inter imobilia eiusdem generis, olfactũ minime habere uidetur.*

a. par. an 4.7.
b. na. an. 5.15
c. par. an. 4.5.
d. ge. an. 5.3
e. na. an. 4.8.

Eledona, genus Polipi. Vide polypus.

[f]*Elegini piſces, gregales. ſunt.* f. nat. an. 9.2.

[g]*Elephantus tam mas quam fœmina, incipit coire anno ætatis, uigeſimo. Ferendi uteri tempus alij annum & ſex menſes, alij triennium ſtatuunt, cauſa quã obrem incertum hoc ſit, quod non pateat coitus, Pa-* g. na. an. 6.27

R rit

rit enitens poſterioribus cruribus, & ſubſidens cum dolore. Pullus editus ore ſugit, non promuſcide: &
a.nat.an.5.2. *ſtatim cum natus eſt, cernit & ambulat.*[a] *Elephanti ſolitudines quærunt coituri, ſed præcipue ſecus flumina, & quæ paſci conſueuerunt. Subſidit fœmina, clunibusq; ſubmiſſis, inſiſtit pedibus, ac innititur. Mas ſuperueniens comprimit, ita munere uenereo*
b.na.an.2.1. *fungitur.*[b] *In quadrupedum genere minime birtus eſt Elephantus. Digitos numero quinq; indiuiſos, leuiterq; diſcretos habet: Crura priora multo poſterioribus longiora, & malleolos poſterioribus imis cruribus. Habet præterea talem tantamq; narem, ut ea manus uice utatur, quippe qui non niſi ad os illam admouens, & bibat & edat. Suo etiam rectori eam erigit atq; offert, & arbores quoq; eadem proſternit, & quoties immerſus per aquam ingreditur, ea ipſa edita in ſublime, reflat, atq; reſpirat. Adunciuſcula parte ſui poſtrema naris hæc eſt, ſed flecti nõ poteſt, chartilaginea enim, & proinde rigidiuſcula eſt. Mammas duas habet, ſed non in pectore, & paulo citra. Non (ut aliqui retulerunt) agit, ſed conſidendo crura inflectit: nequit tamẽ præ nimio põdere utrũq; in latus æquilibrio quodam uergere; ſed aut læuo incubat, aut dextro, atq; eo ipſo habitu requieſcit: flectitq; ſuos poſteriores poplitis modo hominis. Tam-*

mas quam fœmina ſub armis duas habet papillas per-quam exiguas, nec pro corporis uaſtitate, ita ut eas a latere conſpicere propemodum nequeas. Genitale equo ſimile habet, ſed paruum, nec pro corporis magnitudine. Teſtes item non foris conſpicuos, ſed intus circa renes cōditos habet, quocirca initum celerius agit. Fœmina genitale ut cæteræ, inter femora habet. [a] *Elephanto dentes utrinq; quatuor: quibus conficit* a.na.an.2.5. *cibum, atq; in farinæ ſpeciem molit. Duo præterea prominēt grandes, quos mares gradiores reſimatoſq; habent fœminæ minores, & contra quàm mares, uergunt enim deorſum proniq; deuiāt. Statim cum natus eſt Elephantus, dentes habet, quanquam grandes illos, non illico perſpicuos obtinet.* [b] *Linguam per-* b.na.an.2.6. *quam exiguam habet, atq; interius poſitam, quam in cæteris ſit, ita ut uix eam uidere poſsis.* [c] *Fœmina in-* c.na.an.5.14 *cipit coire anno aut duodecimo cum celerrime, aut quintodecimo cum lentiſsime. Mas quinq; aut ſex annos natus ſuperuenit ineunte uere. Coitum triennio interpoſito repetit. Quā grauidam reddidit, eandem præterea tangere nunquam patitur. Vterum biennio gerit, parit ſingulos, uiuiparum nanq; eſt. Fœtum magnitudine bimeſtris aut trimeſtris uituli edit.* [d] *Huic* d.ge.an.2.7. *inteſtinum ita eſt ſinuoſum, ut aluos habere quatuor uideatur. In hoc etiam cibus recipitur, nullum enim*

conceptaculum cibi aliud ſeparatim adeſt. Exta quoq; eidem ſuillis proxima, ſed maiora: iecur enim quadruplo maius bubulo eſt, & reliqua pari ratione, excepto liene: hic enim minor ex proportione eſt.

a.ni.an.9.46 [a] *Omnium mitiſsimus & placidiſsimus eſt: quippe qui permulta officia, & erudiatur, & intelligat: quando etiam regem adorare condiſcit. Valet ſenſu, & reliqua ſagacitate ingenii excedit. Viuere Elephantos mares alij annos ducentos, alij centum & uiginti aiunt fœminas etiam fere totidem, ſed florere ætate, circa ſexageſimum narrant. Hyemis ac frigoris impatiens hoc animal eſſe dicitur. Amat amnes, & quanquam non fluuiatile ſit, tamen riparium dici poteſt. Natare etiam ſatis pondere ſui corporis non*

b.na.an.2.16 *poteſt.* [b] *Nare ſua cibum tam ſiccum quam humidum capit, oriq; perinde ac manu admouet. Eſt a ſua nature ſimul terreſtris & paluſtris, itaq; cum cibum petere ex humore deberet, & tamen ſpirare neceſſe haberet ut animal terreſtre, et compos ſanguinis, nec poſſet præ nimia magnitudine celeriter diſcedere ex humore ad aerem, modo nonnullorum, quæ & animal pariunt, & ſanguinem habent, & ſpirant: idcirco, ut pariter humore atq; terra uti poſſet, neceſſe fuit. Cumq; naris eiuſmodi adiuncta ſit natura, quæ membris eiſdem abuti ad pluria officia ſolet: eandem*

in uſum trahit pedum priorum, hos enim uice manuum habet genus quadrupedum digitatum, non ſolum pon deris cauſa ſuſtinendi. Elephãtes aũt nõ biſulco, nõ ſo lidos habent pedes, ſed digitatos. Sed quoniam corporis magnitudo uaſta, ponduſq; ingens eſt, Ideo ſuſtinendi tantummodo gratia pedes habent priores, nec ad ullum alium uſum utiles, propter tarditatẽ flectendi atq; ineptiam. [a] *Pars his delegata odoribus, & ad cibi uſum, & ad pugnandum habetur.* [b] *Morbis inflatione contractis laborant, quo fit, ne poſſint excrementum uel ueſicæ, uel alui reddere, Aegrotant etiam ſi comedant terram, niſi ea frequenter utã tur, nam ſi frequenter, nil ſentiunt mali. Lapides etiã interdum deuorant, necnon fluore tentantur, quo, cũ uires languerint, curantur potione aquæ calidæ, & cibo fœni, melle imbuti, utrunq; .n. id ſiſtit perfluuiũ alui. Si per Inſomnium feſſi ſunt, armis perfricatis ex ſale, oleo, & aqua, curantur. Cum humeri dolent, carnibus ſuillis aſſis appoſitis iuuantur. Oleum alij bibunt, alij non. Et ſi ſpiculum in corpore ineſt, eijcitur eo quod biberit oleo, ut aiunt. Qui autem oleum non bibunt, ijs radix tytrami decocta in uino datur.* [c] *Et ſi cutem craſſiorem habeant quàm ſues, tamen pilo tenuiore teguntur.* [d] *Ctesias Cnidius plane mentitur ea quæ de ſemine Elephanti ſcribit, ait*

a. par. an. 4.6.
b. na. an. 8.26
c. gen. an. 5.5.
d. gen. an. 2.2

enim

enim uſqueadeo durari ſicceſcens, ut electro, id eſt, ſuccino ſimile efficiatur, quod nunquam fit, magis enim alterum altero ſemen eſſe terrenum neceſſe eſt, & præcipue tale eorum eſt, quorum in corpore multum materiæ terrenæ habetur, craſſum autem albũq; eſt ſpiritus miſtione.

a.par.an.3.2. *[a] Elephantorum ſaluti, magnitudine natura conſuluit.*

b.na.an.8.22 *[b] Hos cæteris malis immunes aiunt, inflatione autem alui acrius infeſtari.*

c.na.an.6.18 *[c] Ad coitum efferari ſolent, quamobrẽ apud indos iis haud quaquam permitti initum aiunt. Libidinis enim rabie agitati, caſas proſternunt male conditas, pluraq; alia incommoda faciunt. Mitigari pabuli copia narrantur, plagis etiam temperant, adductis aliis quibus ferire præcipiant.*

d.nat.an.8.9. *[d] Elephantus eodem paſtu modios Macedonicos nouem, quod plurimum edere poteſt, ſed tantum dare periculoſum eſt. Sex aut ſeptem dediſſe modios, in uſu frequenti ſatis eſt. Sed farinæ non plus quam quinque. Vini etiã quinq; mares, quæ menſura heminas continet ſex. Iam quidam amphoras aquæ menſuræ Macedonicæ quatuordecim eodẽ hauſit potu, & rurſus a Meridie eiusdem diei octo. Elephantem alij annos ducentos uiuere aiunt, alii trecentos.*

e.nat.an.4.9 *[e] Citra nares ore ipſo uocem elidit ſpirabundam.*

f.nat.an.9.1. *[f] Euertit edificia elephantus, dentes admouens magnos, palmas uero ſua fronte impellit, donec decli-*

net,

net, tum pedibus inculcans proſternit in terram. Venatio eorum talis eſt: conſcendunt mites aliquos animoſosq; elephantos qui uenantur, curſuq; inſequuntur feros, quos cum occuparint, ferire præcipiunt ſuis, dum fatigent, uireſq; diſſoluant. Tum rector in defatigatum illum inſilit, regitq; falce, poſt breui tempore fera miteſcit, atq; obtemperat. Quandiu inſidat rector, mitem ſe quiſq; exhibet, cum deſcenderit, alij manſuetudinem ſeruant, alij ſuam repetunt feritatem. Itaq; immiteſcentium crura priora præpediunt uinculis, ut quieſcant. Capiuntur & natu iam grandes, & pulli. [a] *Animalium maximum idemq; multifidum eſt.* [b] *Elephanto iecur ſine felle eſt: inciſo tamen parte qua fel adhærere ſolet, humor felleus effluit plus minus.* [c] *Teſtes habet intus, quia huic cutis eſt inepta ad habendam particulam quæ operiat.*

a. ge. ani. 4. 4.
b. na. an. 2. 15.
c. ge. an. 1. 12.

[d] *Ephemerum ſic uocatur à uita die uno deſcribenda, pedibus quatuor, pennisq; totidem mouentur: quippe quod non ſolum uitæ ſuæ ratione proprium id merito habeant, ſed etiam cum quadrupes ſit, Volucre quoq; eſt.* [e] *Hypanis fluuius apud Cimmerium Boſphorũ ſub ſolſtitio defert ueluti folliculos ancinis maiores, quibus quadrupedes uolucres erumpunt: quod genus animalis in poſtmeridianum uſq; diei tempus uiuit, & uolat. Mox deſcendente ſole, macreſcit, &*

d. nat. ani. 1. 5.
e. na. an. 5. 19.

languet,

languet, deinde occidente e moritur, uita non ultrã unum diem peracta, unde Ephemerum, id eſt, diarium appellatum eſt. In Cypro etiã inſula, ærarijs fornacibus, ubi Chalcites lapis ingeſtus compluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandibus maiores, quæ per ignem ſaliant atq; ambulent. Vermes etiam in niue uetuſtiore naſci nouimus, qui hirti ſunt pilis, & rubidi. Sed & in niue mediæ terræ candidi & grandiores inueniuntur. Torpẽt omnes, ac difficulter mouẽtur.

a. na. an. 5.10 [a] *Equiſelis, uere tantum parit, cuius partus de minimo in maximũ celerrime augetur.* b. na. an. 8.15 [b] *Hippurũ, quem Equiſelem nominant, apertiſſime latere nouimus per hyemem.*

Equimulgus. Vide Aſinus.

c. na. an. 2.1. [c] *Equiceruus uel hippelaphus, ſatis iubæ ſummis continet armis, qui a forma equi & cerui quam habet compoſitam, nomen accepit. Proprium equiceruo uillus, qui eius gutturi, modo barbæ, dependet. Gerit cornua utrunq; equi ceruini generis, excepta fœmina, & pedes habet biſulcos. Magnitudo equicerui, non diſſidet à ceruo. Gignitur apud Arachotas. Huic cornua ſunt capræ proxima.*

d. nat. ani. 2.7. [d] *Equus fluuiatilis, gignitur in Ægipto.* e. nat. an. 8.2. [e] *Ab aquæ natura diſcluſus, uiuere non ualet. Niſi enim*

aliquandiu

aliquandiu ſpirat, interit: & parere educareq; ſolet in ſicco. a.na.an.2.26

[a] *Equus coire incipit bimus, tam mas quam fœmina: ſed in hoc paucis fit, pulliq; eorum ipſorum minores, imbecilliores q; ſunt. Quod autem plurimum, trimatu tam mares quam fœminæ incipiunt, & proficiunt ſubinde ad prolis præſtantiam, in uiceſimum uſq; annum. Fert uterũ equa menſes undecim, parit duodecimo menſe Equus non certo dierum numero implet, ſed aliquando uno, aut duobus, tribusuè, aliquando pluribus, ſerius certe quam aſinus, equam ſuperueniens implet. Coitus nõ tã laborioſus equis, quã bubus eſt. Salaciſsimũ omnium, tum fœminarũ tũ marium, equus eſt, homine excepto. Iuniorum coitus præter ætatẽ cõtingit pabuli bonitate & copia. Pariunt magna ex parte equæ ſingulos: ſed gemellos quoq; aliquando complurimum procreant. Coire itaq; incipit equus uel trigeſimo menſe, ſed quoad digne procreare poſſit, tunc tempus eſt, cum dentibus mittendis ceſſauit. Verum iam nonnullos etiam cum mutant, implere potuiſſe aiunt, idq; fieri ita confirmant, niſi natura ſteriles ſint. Equo dentes quadraginta numero ſunt, quorum primores quatuor, menſe triceſimo mutantur, bini utrinq;, ſupra dico, & ſubter. Tum ut præterea annum compleuerit, quatuor item modo eodem mit-*

tuntur, duo ſuperius, totidemq; inferius. Rurſuſq; anno altero peracto, ſimili modo quatuor alij mutantur: Quibus iam præteritis annis quatuor, & menſibus ſex, nullus præterea mittitur. Quamquam eueniſſe in aliquo certum eſt, ut cum primis omnes amitterentur: atq; etiam in alio, ut cum ultimis omnes, ſed hæc raro. Fit itaq; ut equo fere tempus idoneum maxime ſit ad procreandum, cum annum quartum & ſex menſes complerit. Seniores equi profecto fœcundiores ſunt, tam fœminæ quam mares. Equi uel ſuas matres & filias ſuperueniunt, atq; tunc perfectum eſſe armentum uidetur, cum parentes ſuam ineunt prolem. Scythæ equabus grauibus equitant, cum primum ſe mouerit fœtus, & nimirum eas proficere ad partus facilitatem arbitrantur. Equa cum tempus iam edendi appropinquarit, erigit ſe, ſtanſq; emittit partum. Vita equorum plurimis ad decimum octauum, atq; etiam uiceſimum annum. Sed nonnulli etiam quinque & uiginti, atq; tringita egerunt. Et ſi cura diligenter adhibeatur, uel ad quinquaginta protrahitur ætas. Longiſſima tamen uita in pluribus ad triceſimum annum, quod magna ex parte fieri norimus. Fœmina magna quidem parte quinque & uiginti annos uiuere poteſt: ſed iam nonnullæ etiam quadraginta uixere. Minus temporis mares uiuunt quam fœminæ, pro-

pter

pter coitum, & qui domi aluntur, minus quam grega rij. Fœmina quinquennio finem, tum longitudinis tum etiam proceritatis ſui corporis recipit, ſed mas ſexennio, poſt annis ſequentibus totidem creſcit in corpulentiam: & ad uiginti uſque annos proficiens. Verum celerius fœminæ, quã mares perficiuntur. Quanquã in utero mares quam fœminæ citius. Viget equus adẽtium ortu, cumq; prodierint omnes, non facile ætatem dignoueris. Deniq; poſt dentium ortum, eo maxime declaratur ætas, quem caninum uocamus: breuior enim hic ſeptẽnibus eſt, propter freni attritum, quod ad eum inijcitur: non ſeptennibus maior quidem, ſed non uertice extans adactiore iunioribus acutior & procerior eſt. Mas omnibus temporibus init, nec ceſſat quandiu uiuit. Fœmina etiam quandiu uiuit init tur, nec tempus ullum certum libidinem aufert, ſed ingenium hominis arcet, aut uinculo, aut aliquo huiuſcemodi impedimento: non tamen quouis tempore facto initu, facultas enutriendi quod pepererint, datur. Equum apud opunta gregarium fuiſſe accepimus, qui annos quadraginta natus poſſet coire, ſed adiumentum quo ad ſui pedes priores attollerentur, deſiderabat. Coeundi initium equis in uere. Non ſtatim à partu equa impletur, ſed intermiſſo tempore, & melius quarto aũt quinto anno interpoſito procreat. Om

*nino, ſi nihil plus detur, unum tamen interponere an-
num, & quaſi nouale facere neceſſe eſt. Fit etiam
in equorum genere, ut aliæ omnino ſteriles ſint, aliæ
concipiant quidem, ſed eddere nequeant, cuius rei in-
dicium aiunt, quod fœtus circum renes alia quædam,
ſpecie propemodum renum, ita continet, ut reſciſſus
quatuor renes habere uideatur. Cum Equa peperit,
ſtatim ſecundas deuorat, atq; etiam quod pulli naſcē
tis fronti adhæret; hippomanes dictum, magnitudine
minus carica parua, ſpecie latiuſculum, orbiculatum,
nigrum. Hoc ſi quis prærupto odorem moueat, equa
excitatur, furitq;, agnito eo odore. Si cum equa ex
equo prægnante coierit aſinus, fœtus iam conceptus
corrumpitur. Equorum ducem, ut bouum, nul-
lum conſtituunt, quoniam natura non ſtabilis, ſed*
a. na. an. 6 23 *mobilis, procaxq; eſt.* [a] *Equus aſini genituram non
corrumpit, cum equa iam aſini initu conceperit. Non
aſinum equa, ut aſina equum recipit, niſi aſinus ſit qui*
b. na. an. 8. 24 *equam ſuxerit.* [b] *Equorum gregales morbo immunes
ſunt, excepta podagra: hoc enim uno laborant, &
plærumq; ob id uugues amittunt. Sed amiſſis alij ſta
tim, naſcuntur: fit enim ut altero ſubnaſcente un-
gue, alter emittatur. Indicium morbi, ut alter teſtium
dexter palpitet, uel ut paulo citra nares cauum quid
dam rugoſumq; gignatur. At uero Equi domeſtici*

morbis

morbis plurimis obnoxij ſunt. Laborant ileo dicto id eſt tenuioris inteſtini morbo: Cuius mali indicium, ut crura poſteriora attrahant ad priora, & ita ſummoueant, ut propemodum collidant. Si, ubi antea diebus aliquot ſponte ieiunarint, mox in furorem uertantur, ſanguine detracto iuuantur. Capiuntur etiã rigore neruorum, cuius indicium, uenæ ut omnes neruiq; intendantur, & caput ceruiceſq; immobiliter rigeant: rectiſq; cruribus gradiantur. Suppuratione etiam equi infeſtantur. Vitium quoq; eorum eſt, quod hordeatio dicitur, cuius indicium, ut palatum moleſtet, & feruentius ſpiret equus quam ex conſueto. Nullum huius mali remedium eſt, niſi ſponte naturæ emendentur. Quod autem Lymphari dicitur, tale eſt, ut equus ad tibiæ ſonum quieſcat, & demittat frontem. Cum uero conſcenderis, citetur contentius, donec retineas. Demiſſus etiam ſemper triſtiſq; eſt, ſi rabie tenetur: Cuius indicium, ut auriculas demittat ad iubam, rurſuſq; protendat, idq; uiciſſim factitet. Irremediabile etiam malum, ſi cordis dolore uexatur, cuius indicium, ut latera ſubſidant, & ilia præſtringantur: & ſi ueſica dimoueatur de ſuo ſitu, cuius indicium, ne urinam reddere poſſit, & ut ungulas. Cluneſq; trahat & ſi paſtinacam deuorarint, cuius magnitudo quæ uerticilli beſtiolæ eſt (Nam morſus

muris

muris aranei, uel cæteris iumentis moleſtiſsimus eſt) puſtulæ hoc excitantur, & periculoſior quem deſixerit grauida: puſtulæ enim rumpuntur, ex quo interitus ſequitur, ſed ſi non grauida eſt, non interimit. Quinetiam ea quam alij chalcidam alij dignydã uocant, ſuo morſu aut intereunt, aut uehementem dolorem mouent. Interit ueneno Sandaracæ & equis. Abortum etiam facit equa, odorẽ ſentiens fungi fumigantis, Lucernæ extinctæ, quod & mulierum non nullis accidit. Emitti etiam ab equa prius quam pullum, quod pulium dicitur certum eſt. Equi uocẽ quoq; agnoſcunt equorum, quibus cum pugnarint. Gaudent pratis riguis, & paludibus. Bibunt enim aquas libentius turbidas, quod ſi clara eſt, inturbant eam ungulis ſuis, & cum biberint, lauant ſe totos, Lymphisq; potiuntur. Balneum enim omnino hoc animal

a.n.a.an.6.18 *adamat, & aquæ deditum eſt.* ^a^ *Tempore coitus, Equi equos mordent, ſternunt equitem, atq; inſequũtur. Equæ equiunt, necnon euentari per id tempus dicuntur, quapropter in Creta Inſula equos admiſſarius minime a feminis ſemouendos cenſent. Cum uero ita affectæ fuerint, currunt relicta ſocietate. Currunt non orientem aut occidentem uerſus, ſed ex aduerſo aquilonis, aut auſtri, nec appropinquare quenquam patiuntur, donec uel defatigatæ deſiſtant, uel*

ad

ad marem deueniant, tum aliquid emittunt, quod hippomanes appellatur, eodem, quo illud quod naſcitur nomine. Equæ tempore coitus colligunt ſeſe, & ſocietate magis quam antea gaudent. Tactant caudã crebrius, uocem immutant, Mingunt pluries, atq; inter ſe ludunt, cum equiunt. Turgent ad coitũm prius minores natu equorum. Equarum libido extinguitur magis Iuba tonſa, & frons triſtior redditur. Mares fœminas ſibi ſocietate coniunctas dignoſcunt olfactu, & ſi paucis ante diebus una fuerint, quòd ſi fœminæ diuerſæ permiſceantur, mares alienas mordendo expellunt, ſuasq; ſinguli ſeorſum habentes paſcuntur. Tricenæ, aut paulo plures ſingulis dantur. Quo ties mas acceſſerit aliquis, confeſtim in eum maritus conuertitur, & currens gyro aggreditur pugna: & fœminam, ſi qua ſe mouerit, morſu reuocat. Equa facillime omnium quadrupedum parit. Vacat admodum purgamentis, minimumq; emittit profluuium ſanguinis, uidelicet pro corporis magnitudine. Cõceptus indicium in eis, cum menſes ceſſarunt; ſpatio temporis bimeſtri, trimeſtri, quadrimeſtri, ſemeſtri. Sed id percipere diffile eſt, niſi quis iamdudum ſequutus, aſſuetusq; admodum ſit, quamobrem nõ deſunt, qui menſes in his negent.[a] Sola animalium mulier & equa grauida coitum patiuntur.[b] Equa nunquam ſuperſœtat

a. gen. an. 4. 5

b. nat. an. 7. 4.

perſœtat

perſtatat, ſed magna ex parte unum tantummodo ge
a.nat.an.7.6. *nerant.*[a] *Equa pharſalia cognomine iuſta, ſuo mari*
b.na.an.9.47 *to ſimilem generant.*[b] *Ferunt regi Scytharum fuiſſe*
equam egregiam, ex qua mares generoſi omnes gigne
rentur. Quorum unum, quo præſtantior haberetur,
cum ut ex matre procrearet, placeret, admiſſum om
nino recuſaſſe. Opertam deinde latuiſſe matrem, ut
imprudens ſuperueniret. Verum ubi a concubitu fa
ciem matris detectum agnouerat, fugam properaſſe,
c. na.an.3.20 *atq; ſeipſum actum præcipitem intermiſſe.*[c] *Equæ lac*
d.pa.an.4.10 *eſt tenuiſſimum.*[d] *Inter femora mammas habet equa.*
e.gener.an.2. ult. *Equi nonnulli mammis carent, non enim omnes, ſed*
tantum qui matri ſimiles prodiere habent.[e] *Equa non*
ſemper concepit. Eſt autem equus ad ſterilitatem ad
f.gen.an.5.1. *modum idoneus.*[f] *Equus maxime omnium cæterorum*
animalium uerſicolor eſt; aliqui enim cæſij altero ocu
lo naſcuntor, & hic inter cætera animalia unus cui-
g.par.an.3.4 *dentius albeſcit pilo per ſenectutem.*[g] *Cor ſine oſſe*
eſt omnium, quæ nos nouerimus, præterquam equi,
h.nat.an.2.5. *& generis bouum cuiuſdam.*[h] *Cum cætaris ſenectu*
te dentes nigreſcant, equo cãdidiores redduntur. Pla
nos ab acutis diſterminant qui canini appellantur, for
mæ utrorumq; particeps, quippe qui infra latiuſculi,
ſupra acutiuſculi ſunt. Maribus dentes plures quam
i.nat.an.2.1. *fœminis.*[i] *Equi genitale foris eſt, & abſolutum.*

Dentes

Dentes habet continuos. His prona tantum Ceruicis, a capite ad ſummos armos uilli geruntur.[a] *Equi lien partem alteram habet lâtam, alteram anguſtam.*[b] *Equi parti dicti colorem habent inter cinereum & rufum.*[c] *Equo opitulata eſt natura pernicitate corporis.*[d] *Equini pulli paulo ſuis parentibus ſunt ſummiſſiores, atq; adulti crure poſteriore caput attingere nequeunt, quod nouelli facile attingunt.*[e] *Apud pygmeos ſunt etiam equi admodum puſilli.*[f] *Equi Camelis odio naturali aduerſantur.*[g] *Hos ſomniare palam eſt.*[h] *Sorbendo bibunt.*[i] *Fruge herbaq; ueſcuntur, ſed maxime potu pingueſcunt. Poſſunt uel ad quatuor dies tolerare ſine potu, mox bibunt quãmultum.*[k] *Vrbani & ſylueſtres reperiuntur.*[l] *Simplicem habent uentrem.*[m] *Equorum uoces differre palam eſt, fœminæ enim ſimul ac natæ ſunt, uocem exiguam mittunt, ac tenuem, mares exiguam quidem, & ipſi, ſed pleniorem tamen, & grauiorem, quam fœminæ & indies maiorem reddunt. Bimus cum eſt, atq; inire incipit, uocem magnam grauemq; mas mittit: fœmina maiorem quam ante, & clariorem uſq; ad uigeſimum ætatis annum magna ex parte: ſed ab hoc tempore imbecilliorem, tam mares quam fœminæ reddunt.*[n] *Magna ex parte equa pluſquam quadraginta annos uiuit. Iam & quinq; & ſexaginta annos uixiſſe equum*

a pa.an.3.12
b.na.an.9 45
c.par.an.3.2.
d.pa.an.4.10
e.na.an.8.12
f.na.an.6.18
g.na.an.4.10
h.nat.an 8.6.
i.nat.an.8.8.
l.par.an.1.3.
l.par.an.3.14
m.na.an.5.14
n.na.an.5.14

a.nat.an.9.1. *proditum eſt.*[a] *Equus florum odio habet, pellitur enim ab equo pabulo herbæ qua uęſcitur. Aduolãs equum fugat, ſed interdum excipitur, occiditurq; ab*
b.par.an.4.2. c.nat.an.1.1. *equo.*[b] *Felle omnino caret.*[c] *Per ſumma telluris de*
d.nat.an.1.6. e.nat.an.1.4. *git.*[d] *Iumentum eſt.*[e] *Sanguinem habet.*[f] *Illico ani*
f.nat.an.1.5. *mal intra ſe format.*[g] *Solipes eſt, & pede infiſſo, ut*
g.nat.an.2.1. *mulus.*

h.na.an.6.14 [h] *Erica piſcis, ter edit oua, reliqui ſemel in ſta-*
i.nat.an.9.37 *gnis fluuiorum, & arundinetis lacuum.*[i] *Carne ali*
k.nat.an.4.9 l.na.an.6.14 *tur.*[k] *Vocalis habitus eſt.*[l] *Gregatim ſua oua gur giti altiori mandat congeſta. Vide Chalcis.*

m.na.an.5.19 [m] *Eruca, in uaria tranſmutatur.*[n] *Erucas genus*
n.gen.an.3.9. *eſſe uermis cenſendum eſt. Vbi ſuæ magnitudinis finem receperit, quaſi ouum efficitur, indureſcit enim putamen eorum, & tantiſper immota redduntur. Erucæ cum primo capiant cibum, mox non capiunt, ſed motu ceſſant, quæ per id tempus Aureliæ, a nõ*
o.na.an.5.19 *nullis uocantur.*[o] *Naſcuntur ex urentibus folijs, maximeq; ex braſsica. Papiliones generant. Inde procedunt eruculæ.*

p.na.an.6.13 [p] *Etelis piſcis, oua parit.*

Exetus aquila. Vide Aquila.

F

FAlcula[a] ſiue Riparia, Auis: ſicut pennis præualet, ſic pedibus degenerare uidetur, ut hirundo. Apparet æſtate tantum, cum imber inceſſit. Tunc enim & apparet & capitur, deniq; rara hæc auicula eſt. a.nat.an.1.1.

[b] *Faſtana Auis non altiuola, ſed terræ propinqua puluerarix eſt.* b.nat.an.9 49

[c] *Fauaræ quemadmodum & purpuræ, quaſi a ſeminali natura humores quoſdam mucoſos emittunt. Semen uero nullum eſſe eorum putandum eſt, ſed plantis aſſimilantur, quamobrem larga eorum copia prouenit, cum primum conſtiterit aliquid. Hæc enim, uel ſponte ut oriantur euenit.* c.g.an.3.11

[d] *Feles, non parte poſteriore ſe iungunt in Coitu, ſed mas ſtat, fœmina ſubiacet. Sunt porro in eo genere, fœminæ ipſæ natura libidinoſæ et ſalaces: itaq; mares ad coitum ipſæ frequenter alliciunt, innitant, cogunt, puniunt etiam niſi pareant.* [e] *Tot numero pariunt, quot Canes: Veſcunturq; eisdem. Viuunt circiter annos ſex.* [f] *Aues petunt.* d.nat.an.5.2. e.nat.an.6.35 f.nat.an.9 6.

[g] *Fiber, Victum ex lacu & fluuiis petit.* g.nat.an.8.5.

[h] *Ficedula Auis, Vermiculos petit.* [i] *ficedulæ et Atricapillæ uicibus commutantur: fit enim ineunte* h.nat.an.8 3. i.nat.an.9 49.

autumno ficedula: ab autumno protinus atricapilla, nec inter eas diſcrimen aliquod, niſi coloris & uocis eſt. Vide Atricapilla.

a.na.an.2.ul. [a] *Fidicula, in Ventre appendicem habet.*

b.nat.an.8.3. [b] *Florus Auis, magnitudinem habet quantã fringilla.* c.nat.an.9.1. [c] *Odio equum habet pellitur enim ab equo pabulo herbæ qua ueſcitur. Nubeculans hic, nec ualens acie oculorum eſt, quippe qui uocem quidem equi imitetur, atq; aduolans equum fuget, ſed interdum excipiatur, occidaturq; ab equo. Colit hic paludes & ripas. Coloris eſt pulchri, & uictus facilis. Hic cum ſpino & ægitho odium habet, & nimirum ſanguinem ægithi & flori miſceri non poſſe dicitur.*

d.nat.an.4.8. [d] *Fluta quoties uel piſcium lotura, uel nauis ſentina eiecta eſt, fugit, ut odorem ſentiens.*

e.na.an.5.25 [e] *Formicæ coeunt, & uermiculum pariunt nulli adnexum qui accreſcens ex minutulo & rotundo, longiuſculus fit, formamq; accipit, debitam. Ortus eorum uerno tempore agitur.* f.nat.an.5.8. [f] *Serenis auſtrinisq; diebus naſcuntur.* g nat.an.1.1. [g] *Ciuilis generis eſt, nulli ſubdita imperio, domiciliumq; ſibi parat.* h.nat.an.8.5. [h] *Formicæ ab Vrſis comeduntur.* i.nat.an.2.4. [i] *Prudentiores ſunt nonnullis Sanguinem habentibus.* k.na.an.8.28. [k] *Quæ equites appellantur, in Sicilia non ſunt.* l.par.an 2.ul. [l] *Membrum quod ad ſentiendum accõmodatum eſt, intus continent.* m.na.an.9.40 [m] *Nil uenantur,*

ſed

ſed facta ab alijs colligunt.[a] Pars earum eſt penna-ta, & pars impennis.[b] Origani ſulphuriſq; puluiſcu lo inſperſo, ſuas relinquunt cauernas, alioq; migrant.[c] Faciunt ſibi alueum ſub terra, & exauant.[d] Den-tes habent, cibi conficiendi, aut capiendi, admouen-di, gratia.[e] Inſectorum officioſiſſimum præ cæteris omnibus fere animalibus genus formicarum eſt. For-micarum negotia omnibus in promptu habentur: utq; eadem ſemita ſemper ambulant, et cibaria recondunt, & cellas promptuarias faciunt, nec interdiu ſolum, ſed etiam noctibus plena luna laborem exercent, ne-mo eſt qui non uideat.[f] promuſcidem habent ore pro-deuntem.

a.nat.an.4.1.
b.nat.an.4.8.
c.na.an.9.42
d.par.an.4.6.
e.na.an.9.38
f.par.an.4.5

[g] *Fringilla, magnitudinem habet quantam florus. Vermiculos petit.[h] Degit fringilla locis æſtate te-pidis, hyeme frigidis.*

g.nat.an.8.3.
h.nat.an.9.7.

Fringillago, Vide parus.

[i] *Frugilega Auis, uermiculis partim ex toto, par tim magna ex parte alitur.* i.nat.an.8.3.

[k] *Fucæ piſciculi, bis anno pariunt. Differt mas a fæmina, quod nigrior, & ſquamis amplioribus eſt.[l] Quanquam cætera abſtinent carne, tamen ſquillas ſæpenumero appetunt: ſed alter inuadit alterum, ma iorumq; minores ſunt præda. Magna ex parte luto uiuunt, & alga, et muſco, & eo quod caulium uocãt,*

k.na.an.6.13
l.nat.an.8.2.

&

& enaſcente materie. Argumentum ut carne ueſcã-
a. nat. ani. 8. ult. *tur eſt, quod ſquillis capiantur.* [a] *Fuca mutat colorem. Cum enim cæteris temporibus candida ſit, uerno uaria redditur. Solam hanc ex marinis piſcibus nidum ſibi conſternere, atq; in ſtragula parere aiunt.*

Fucus. Vide Apes.

b. nat. an 8. 3 [b] *Fulica auis, apud mare uictitat.* [c] *Fulicæ ſpuma*
c. na. an. 9. 35 *capiũtur, appetunt.n.eam auidius: quocirca ſpuma inſperſa eas uenari in uſu eſt. Caro earum probi odoris eſt, excepta parte poſteriore ultima, quæ ſola lituum olet. Pingueſcunt ſatis, & eſui ſunt.*

d. na. an. 6. 14 [d] *Fullo piſcis, dum parere uult, littora petit tranquilliora, & gregalis eſt.*

e. nat. an. 4. 7. [e] *Fullo generis inſectorum, pennas uagina incluſas cõtinet, huicq; antennæ ante oculos prætẽduntur.*

Fuluia. Vide Aquila.

G

a. nat. an. 4. 4. *GAlada,* [a] *Concharum genus, leuis eſt.*

Galerita. Vide Alauda.

b. nat. an. 8. 3. [b] *Galgulus auis, cui magnitudo quanta Turturi fere eſt, color luteus: Lignipeta admodum eſt, magnaq; ex parte macerie paſcitur, uocem emittit magnam. Incola maximè peloponenſi auis hæc eſt.*

eſt.[a] Cum crege pugnat, & cum Lybio. Amici a.na.an.9.1.
ſunt, galgulus & lædus, locis uterq; contentus degit pacifice.

[b] Gallerucæ, ex ſcarabeis uiridibus fiunt. [c] Pennas habent uagina incluſas, ut fullones. [d] Vt pennarum uires integras tueantur. b.na.an.5:19 c.nat.an 4.7. d par.an.4.6.

[e] Gallus copia libidinis gaudet. [f] Galli uiſi ſunt nonnulli, qui cum forte fœmina interiſſet, ipſi officio matris fungerentur in pullos, ductando, fouendo, educando, ita, ne de cætero uel cucurire, uel coire appeterent: quin etiam inde a primo ortu naturæ, ita nonnulli effeminati proueniunt, ut neq; cucuriant, neq; per coitum agere uelint, & uenerem eorum qui tentent ſuperuenire, patiantur. [g] Caſtrantur gallinacei parte nouiſſima ſuæ alui, quæ cum coeunt, concidit. e.nat an.1.1. f.na. an.9.49 g.na.an.9.50

[h] Gallinaceus unus peculiarem ſibi ſortitus eſt criſtam, ſic enim inſtitutam, ut nec caro ſit, nec a natura carnis omnino aliena. [i] Cum perdice coit. [k] Ei ingluuies præpoſita Ventriculo eſt. Appendices habet infra qua deſinit inteſtinum. [l] Poſt pugnam cum uicerit, uocem emittit, & in hoc genere cantus maribus tantũ datus eſt.[m] Minor eſt alucone. [n] Vbi ſine fœminis munerarij dicatiq; uerſantur gallinacei, non temere eum qui nuper dicatus acceſſerit, omnes ſubigunt. [o] Eorum teſtes conſpectiores ſunt tempo- h.na.an.2.12 i.gen.an.2.4. k.nat.ani.3. ulti. l.nat.ani.4.9. m.nat.an.8.3. n.nat.an.9.8. o.nat.an.6 9.

a.pa.an.2.13 re coitus. [a] Oculorum acie non ualent.

b.nat.an.5.2. [b] Galina conſidens humi, Mare autem ſuperue-
c.nat.an.9.49 d.nat.an.6.1. niente, coit. [c] puluerat rix eſt. [d] Coit & parit omni fere tempore. Toto anno enim præterquam duobus menſibus brumalibus, parit. Magna etiam generoſarum nonnullis fœcunditas, quando uel ſexaginta edunt ante incubitum: quanquam ipſæ minus fœcundæ quam ignobiles ſunt. Item Adrianæ paruo quidem ſunt corpore, ſed quotidie pariunt, ferociunt tamen, & pullos ſæpe interimunt. Color his uarius. Nonnullæ etiam è cortalibus, bis die pariunt. Iam aliquæ in tãtum copiæ prouenerunt, ut effœtæ breui mo-
e.gene.an.2.5 f.nat.an.6.3. rerentur. [e] Cum aliis coeunt. [f] ſunt in earum genere, quæ pariant gemina omnia. Quædam enim duodeuiginti peperit gemina, excluſitq;, præterquam, ſi qua
g.nat.an.6.2 eſſent, ut fit, irrita. [g] Oua nonnulla pariunt mollia uitio. Gallina etiam diſciſſa, lutea ſubſepto, quo loco fœminis oua adhærent, reperta ſunt: colore luteo tota magnitudine oui perfecti. Iam etiam aliquas gallinarum Iuuencas expertes adhuc coitus parere hypenemia uiſum ſæpius eſt. Aeſtate duodeuigeſimo die fœtum excludunt, hyeme aliquando uigeſimo quinto. Si ea incubante tonuit, oua pereunt. Iuuencæ pariunt primæ ſtatim uere ineunte, & plura quam ueteres, ſed minora. Deniq; niſi pariant, laborant morbo, atq;

bo, atq; intereunt. Inhorreſcunt a coitu, ac ſe excutiunt. Sæpe etiam feſtuca aliqua ſeſe luſtrant, quod idem & edito ouo interdum faciunt. Ouum eius conſiſtit a coitu, & perſicitur decem diebus magna ex parte. [a] *Tertia die ac nocte poſtquam cœpere incubare, indicium præſtare incipiunt effertur per id tempus luteus humor ad cacumen, qua principium oui eſt: atq; ouum detegitur ea parte, & cor quaſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtit, quod punctum ſalit iam, & mouetur, ut animal. Tendunt ex eo meatus uenales ſanguigeri duo tortuoſi ad tunicam ambientem utranq;, dum augetur. Membrana etiam fibris diſtincta ſanguineis, iam album liquorem per id tempus circundat, meatibus illis uenarũ oriẽs. Paulo autem poſt, & corpus iam pulli diſcernitur, exiguum admodum primum et candidum, conſpicuum capite, & maxime oculis inflatis, quibus ita permanet diu: Sero enim decreſcunt oculi, & ſe ad ratam proportionem contrahunt. Pars autem inferior corporis, nullo membro à ſuperiore diſtingui, inter initia cernitur. Meatuum quos ex corde tendere diximus, alter ad ambiendum album liquorem fertur, alter ad luteum uelut umbilicus. Origo itaq; pulli in albumine eſt, cibus per umbilicum ex luteo petitur. Die iam decimo pullus totus perſpicuus eſt, & membra*

a.na'.in.6.3

omnia patent, caput grandius toto corpore eſt, oculi capite grandiores hærent: quippe qui fabis maiores per id tempus emineant nigri, nondum cum pupilla. Quibus ſi cutem detrahas, nihil ſolidi uideris, ſed humorem candidum, rigidumq; admodum refulgentem ad lucem, nec quicquam aliud. Ita oculi & caput. Iā uero & uiſcera eo tempore patent, & alui inteſtinorumq; natura perſpicua eſt. Venæ etiam illæ a corde proficiſcentes, iam ſeſe iuxta umbilicū conſtituunt. Ab ipſo autem Vmbilico uena oritur duplex: altera tendens ad membranam ambientem uitellum, qui eo tēpore humet, & largior quam ſecundum naturam, eſt: Altera permeans ad membranam ambiēte eam, qua pullus operitur, & eam quæ uitellum, humoremq; interiectum continet. Dum enim pullus paulatim increſcit, uitellus ſeorſum in duas partes ſecatur, quarum altera locum tenet. Nec partem inferiorem à uitello liquor deſerit albus, qualis ante habeatur. Decimo die albumen exiguum iam & lentum, craſſum, pallidulum nouiſſimè ineſt. Sunt enim quæq; locata hoc ordine: prima, poſtremaq; ad teſtam oui membrana poſita eſt, non teſtæ ipſius natiua, ſed altera illi ſubiecta. Liquor in ea candidus eſt, deinde pullus continetur obuolutus mēbrana, ne in humore maneat. Mox pullo uitellus ſubiacet, in quem alteram

ex uenis prorepere dictum eſt, cum altera albumen ambiens petat. Cuncta autem ambit membrana cum humore, ſpecie ſaniei. Tum uero membrana alia circa ipſum fœtum, ducitur, arcens humorum. Sub qua uitellus, alia obuolutus membrana, in quem umbilicus a corde, ac uena maiore oriens pertinet, atq; ita efficitur, ne fœtus alterutro humore attingatur. Viceſimo die iam pullus, ſi quis putamine ſecto ſolicitet, mouet intus ſeſe, pipitq; aliquantulum: & iam ab eodem die plumeſcit, quoties extra uiceſimum excluſio protelatur. Ita poſitus eſt, ut caput ſupra crus dextrũ admotum ilibus: alam ſuper caput habeat poſitam, quinetiam mẽbrana, quæ pro ſecundis habetur, poſt ultimam teſtæ membranam, ad quam alter umbilicus pertendit, euidens per id tempus eſt, pullusq; in eadem iam totus locatur. Et altera quoq; membrana, quæ & ipſa uicem ſecundarum præſtat, Vitellumq; ambit: ad quem alter umbilicus procedit, Latius patet. Oritur umbilicus uterq; a corde, & uena maiore. Fit autem per id tempus, ut umbilicus alter, qui in ſecundas exteriores fertur, compreſſo iam animante abſoluatur. Alter, qui adit uitellum, ad pulli tenue Inteſtinum annectatur. Iam & ipſum multum humoris lutei ſubit, atq; in eius aluo fecis aliquid ſubſidit luteum. Excrementum etiam album eodem tẽ

 pore

pore pullus emittit, & in aluo quiddam album conſiſtit. Demum uitellus paulatim abſumitur totus membrorum hauſtu, Ita ſi pullo decimo die poſt excluſo reſcindas aluum, nonnihil adhuc uitelli comperias umbilico uero abſoluitur pullus, necquicquam præterea haurit, totus enim humor, qui in medio continebatur, abſumptus iam eſt. Tempore autem ſupradicto pullus dormit quidem, ſed non perpetuo, quippe qui excitetur interdum, & mouens ſeſe reſpiciat, atq; pipiat. Cor etiam eius cum umbilico, ut ſpirantis reflat, & palpitat.

a.nat.an.6.9. *[a] Gallinis ſubijciunt incubanda oua pauonia. Subijciuntur maximè bina, cum plura ſuo incubitu nequeant aperire: Curaq; adhibetur ut cibus adſit, ne deſiderio eius diſcedens Gallina, intermittat fouendi operam.*
b.gen.an.4.4. *[b] Gallinæ potiſſimum monſtra generare queunt:*
c.na.an.9.49 *[c] Cum mares uicerint, cucuriunt, & exemplo marium tentant ſuperuentu coire. Criſta etiam caudaq; erigitur, ita, ne facile præterea ſit, an fœminæ ſint, cognoſcere.*

d.na.an 9.26 *[d] Gallinago, per ſepes hortorum capitur, magnitudine quanta gallina eſt, roſtro longo, colore attagenæ, Currit celeriter, & hominem mire diligit.*
e.nat.an.9.8. *[e] Nunquam in arbore conſiſtit, ſed humi.*

f.na.an.5.17 *[f] Gammarus apud Helleſpontum, & circa Thaſum gignitur, et locis leuioribus, ac terrenis prouenit.*

Alterum

Alterum cruſtatorum genus eſt. Differt a locu- a. naian.4.2.
ſta branchijs, quæ denticulatis forcipibus protendit, atq; etiam quibusdam alijs diſcriminibus, quanquam non multis. Huic color, quod ex toto dixerim, nitet, nigriſq; maculis diſperſis euariat. Pedes inferiores ad grandes uſq; diſpoſiti, octo: tum grandes ipſi longe maiores, extremaq; parte latiores, quam locuſtæ habentur, ſed non ſpeciæ eadem. Dexter enim ſuum extremum, latum & oblongum, & tenue habet: ſiniſter, craſſum & rotundum: uterq; tamen ſciſſus in extremo, perinde ut maxilla tam infra quam ſupra dentatus eſt. Verũ dexter puſillos ſerratoſq; dentes cõtinet omnes: læuus primos ſerratos, intimos uelut maxillares .ſ. parte inferiore quatuor, & continuos: ſuperiore tres non continuos. Vterq; tamen partem mouet ſuperiorem, ad inferioremq; aſtringit. Bleſus item uterq; ſitu inferiore, tanquam nati ad capiendum premendumq;. Duo ſupra eos grãdes habentur: alij hirtiuſculi, paulo ab ore inferiores; mox branchiæ os circundant, non ſine hirſutia frequentes, quas aſsidue mouet. Flectit atq; in os adducit duos illos hirtiuſculos pedes. Surculi etiam graciles geruntur a pedibus, qui ori proximi habentur. Dentes huic quoq; duo, ut locuſtæ, ſupra quos cornua breuiora, tenuioraq; quam locuſtæ. Quatuor item alia adſunt cornua

ſpem

ſpecie quidem duobus illis ſimilia, ſed tenuiora et breuiora. Super hæc oculi conſtituti ſunt parui, craßiuſculi, non ut locuſtæ, maiuſculi, frons quaſi quædam acuta & aſpera ſupra oculos extat latior, quam locuſtæ. Deniq; facies acutior, & pectus latius quam locuſtæ, totumq; corpus mollius & carnoſius. Pedum autem octo numero, pars ſciſſa in extremo bifurcatur, pars deſinit indiuiſa, quatuor enim bifurces ſunt, reliqui quatuor ſimplices ex toto pertendunt. Quod autem collum appellant, quinq; partium foris eſt, & ſextum latius illud ſitum loco nouißimo habetur, tabellis continuatum quinq;. Interiora uero, in quibus fœminæ prius pariunt, quam fœtum edant, hirtiuſcula quædam quatuor continentur, quibus ſingulis ſpinæ ſingulæ breues, arrectæq; eminent ad exteriora. Pectus, corpusq; totum leue eſt, non more locuſtarum aculeatum & aſperum. Verum in pedibus magnis aculeos partis exterioris maiores eſſe manifeſtum eſt. Fœminam hoc in genere nullum diſcrimen à mari diſtinguit: Nam et mari & fœminæ forceps alteruter grandior more incerto eſt: parem uero utrunq; uenter unquam habere uiſus eſt. Mare omnia eius generis excipiunt ore. His inteſtinum recta in caudam finit, qua excrementa emittunt, & oua

a nat. an. 5. 7. *pariunt.* [a] *Coire ſolent ineunte uere, iuxta terram.*

Interdum

Interdum etiam cum ficus matureſcunt, coire incipiũt. [a] *Odore eſcarum allectati capiuntur.* [b] *Exuunt ſenectutem, aut uere, aut autumno poſt partum.* [c] *Nomine uacant communi.* a.nat.an.4.8. b.na.an.8.17 c.nat.an.1.6.

[d] *Gauia auis, ſaxis maritimis oua bina, terna uc pa rit, & æſtate. Incubat cæterarum auium more, ſed nõ conditur.* [e] *Huic gula tota ampla & lata eſt.* [f] *Petit lacus et fluuios gauia, cui color cinereus. Tum etiam gauia alba, uictitat apud mare,* d.nat.an.5.9 e.na.an.2.ult f.nat.an.8.3.

Germana aquila. Vide Aquila.

[g] *Gibbæ, ex ſquillarum genere ſunt. His pedes quini utrinq; quorum proximi capiti acutiores, & quini utrinq; alij uentri ſubiuncti, quorum extrema latiuſcula ſunt. His cauda, & pinuæ quaternæ.* [h] *Vterum menſes circiter quatuor ferunt.* g.nat.an.4.2. h.na.an.5.17

Ginnus, Vide Mulus.

[i] *Gladius piſcis, a roſtri mucrone ſic appellatus, oclonas duplices habet branchias.* [k] *Huic collectim inteſtinis commiſſum eſt fel.* [l] *Agitatur aſilo, canis exortu: habet enim per id tempus ſub pinna, ceu uermiculum, quem aſilum uocant, effigie ſcorpionis, magnitudine aranei: infeſtat hoc tanto dolore, ut non minus interdum gladius, quam delphinus exiliat, unde fit, ut uel in nauigia ſæpenumero incidat.* i.na.an.2.13 k.na.an.2.15 l.na.an.8.19.

[m] *Glandes ex teſtaceis, olfactum minime habere uidentur.* m.na.an.4.8.

uidentur.

Glanus, Vide Hyena.

a.na.an.8.13 b.na.an.8.15 [a] *Glaucus piſcis, pelagicus eſt.* [b] *Latet hic æſtate, & per id tempus ſe abdit circiter dies ſexaginta.*

c.na.an.3.ult. d.na.an.8.ul. [c] *Hinc paucæ ſunt in uentre appendices.* [d] *Ferens & non ferens utero ſimilis eſt ſibi.*

e.na.an.8.17 [e] *Glis in ipſis arboribus latet, pingueſcitq; per id tempus uehementer.*

Gneſia, Vide Aquila.

f.na.an.8.19. g.na.an.8.13 h.nã.an.9.37 i.nat.an.6.15 k.nat.an.9.2. [f] *Gobio piſcis, pingueſcit in fluuijs & lacubus.* [h] *Littoralis eſt.* [i] *De Euripo pyrrhæo gobio foris nõ enatat. Apua quæ gobionaria dicitur, gobiones paruos, ignobiles, qui terrã ſubeunt, creat.* [k] *gregales ſunt.*

l.na.an.6.17 [l] *Graculus piſcis, poſt Mullum fœtificat inter algas, ut pote, qui locis ſaxoſis degat, fert uterum longo temporis ſpacio. Nonnuſquam meſſe tritici pariunt graculi. Vide Coruuli.*

Graculus auis, Vide Monedula.

m.na.an.5.2. n.na.an.9.10 [m] *Grus fœmina ſtans coit.* [n] *Grues prudenter multa faciunt: loca enim longinqua petunt, ſui commodi gratia, & uolant alte, ut procul proſpicere poſſint. Et ſi nubes tempeſtatemq; uiderint, conferunt ſe in terram, & humi quieſcunt. Ducem etiam habent, et eos qui clamẽt, diſpoſiti in extremo agmine, ut uox percipi poſſit. Cum conſiſtunt, cæteræ dormiunt: ca-*

pite

pite ſubter alam comlito, alternis pedibus inſiſtentes.
Dux detecto capite proſpicit, & quod ſenſerit, uo-
ce ſignificat. [a] Roſtrum porrectius habent. [b] Gre- a.nat.an.1.1.
gales ſunt. [c] Ciuilis generis ſunt. [d] Pugnant inter ſe, b.na.an.8.12 c.nat.an.1.1.
tam uehementer, ut dimicantes capiantur: hominem.n. d.na.an.9.12
expectare potius, quam pugna deſiſtere, patiuntur.
Pariunt oua non amplius quam bina. [e] Has ſeneſcen- e.gen.an.5.5.
tes effici nigriores aiũt. Cuius effectus cauſa eſſe po
teſt, quod pennarum natura earum albicet, pluſq; hu
moris ſeneſcentibus ijs conſtituitur in pennis, quam ut
facilius putredini pateat. [f] Ex ſcythicis Campis ad pa f.na.an.8.12
ludes Aegipto ſuperiores, unde Nilus profluit, ue-
niunt: quo in loco pugnare cum Pygmæis dicuntur.
Poſt Coturnices diſcedere incipiunt. Volant flatu
ſecundo. Quod de lapide narrant, falſum eſt. Lapi-
dem enim eas tenere fulcimento, quem, ubi deciderit,
accipi utilem ad auri probationem aiunt.

H

HAlcyon, [a] ſuperiores pennas habent cæ a.na.an.9.13
ruleas. Vide Alcyon.
Halec, Vide Alec.
Haliætus, Vide Aquila.
Hamia, Vide Amia.
[b] Harpa auis, Phoico eſt inimica, uictus enim ea- b.na.an.9.18

a.nat.an.9.1. *rum ſimilis eſt.* [a] *Piſici & miluo amica eſt.*

b.na.an.8 27 [b] *Hepiolus papilio, lucernarũ luminibus aduolat.*

c.gen.an.1.5. [c] *Herinaceus, unus teſtes lumbis adhærentes continet, ob eandem qua aues cauſam. Coitum enim herinaceorum celeriter fieri neceſſe eſt, cum non more quadrupedum ſuperueniant tergis, ſed erecti coniunguntur propter aculeos.*

d.nat.an.5.2. [d] *His coitus erectis partibus, ſupinis hærentibus ſibi aduerſis, fit.*

e.nat.an.1.6. [e] *Pilos habent effigie aculei ſpiculatos.*

f.nat.an.9.6. [f] *De eorum ſenſu locis multis perpenſum eſt, ut qui in Cauernis ſunt, cõmutent ſua cubilia, aquilonum et auſtrorum mutatione. Qui autem intra tecta aluntur, ad parietes diſcedunt.*

Hiaticula, Vide Charadrius.

g.nat.an.8.2. [g] *Hiatula piſcis, Carniuora tantum eſt. Euenit plærumq; huic, ut cum piſces minores inſequatur, uẽter procidat, propterea quod piſcium uenter iuxta os*

h.na.an.8.13 *poſitus eſt, nec gula ſubeſt.* [h] *Pelagica eſt.*

i.na.an.4.11 [i] *In his quod pariat et genere eſt, quod autem maris fungatur officio deeſt, oua enim in ijs omnibus reperiuntur.*

k.na.an 6.13. [k] *De harum ſexus diſcretione ambigitur: omnes*

l.gen.an.3.5. *enim grauidæ capiuntur.* [l] *Vuluas non habent.*

Hinnularia aquila. Vide Aquila.

m.nat.an.2.16 [m] *Hippardium, fera ab equo ſic nominata, Capronas ſummis continet armis.*

Hippelaphus, Vide Equiceruus.

Hippothela,

Hippotela, Vide Aſinas

Hippurus, Vide Equiſelis.

[a] *Hircus, pinguis, minus fœcundus eſt, uerum cu ra extenuandi adhibita, efficitur ut coeat, atq; procreet.* [b] *Facies eius nigreſcit aſpergine, ac fœtit ipſe.* a.na.an.5.14 b.na.an.6.29

[c] *Hirci, ex ſpongiarum genere, aut ad ſaxa naſcũ tur, aut iuxta littus, lutoq; aluntur. Cuius rei argumẽ tum eſt, quod captæ, limo referte, omnes cernuntur, quod certe indicat, cæteris quoq; adhærẽtibus, cibum per ipſum annexum hauriri.* c.na.an.5.16

[d] *Hirundo, ut pennis præualet ſic pedibus degene rare uidetur.* [e] *Huius pennæ quoties frigora uigent acriora, per affectus temporarios, in albas tranſcunt.* [f] *Hæc uua bis anno nidificat, Pullorum hirundinis adhuc recentium oculi, ſi quis ſtimulo eos uexarit, re ſaneſcunt, & cernendi uim poſtea plane recipiunt.* [g] *Cum parua ſit corpore, multos progenerat, & imperfectos & cæcos parit pullos.* [h] *Aſpibus iniuriam infert.* [i] *Diſcedunt hirundines, nec hybernare apud nos patiuntur.* [k] *Hirundines marinæ, ſublimes uolitant, haud quaquam mare attingentes, ſunt enim ijs pennæ latæ, & longæ: ac ſtrident.* [l] *Apodibus ſimi les ſunt.* [m] *His fel inteſtino iungitur* [n] *His etiam neq; gula, neq; ingluuies amplior eſt, ſed uentriculus longior.* [o] *Carne ueſcuntur.* [p] *Nidos ex luto faciunt.* d.nat.an.1.12 e.na.an.3.12 f.nat.an.6.5 g.gen.an.4.6. h.na.an 9 40 i.nat.an.8.12 k.nat.an.4.9 l.na.an.9.30 m.na.an.2.15 n.na.an.2.ul. o nat.an.8 3. p.nat.an.6.1.

a.nat.an.9.7. [a] *Magnam habet hæc auis intelligentiæ rationem,in effingendo,conſtituendoq; nido oſtendit. Confingit implicito luto feſtucis, ad normam lutariæ paleationis: & ſi quando luti inopia eſt, ſeipſa madefaciens uolutat in puluere omnibus pennis. Strangulum ſibi etiam more hominum facit,duriora primum ſubiiciēs, & modice totum conſternens pro ſui corporis magnitudine: atq; in enutrienda prole mira tam mas quam fœmi na æquitate laborat. Impartit pullis ſingulis cibum,obſeruans conſuetudine quadam, ne qui acceperit, bis accipiat. Excrementa etiam pullorum parentes eijciunt, poſt adultiores iam natos circumagi, foraſq; ipſos egere edocent.*

b.nat.an.8.5. [b] *Hyæna quam alij Glanum appellant, corpore non minore quam Lupus eſt,Iuba qua equus,ſed ſeta duriore, longioreq;, & per totum dorſum porecta. Molitur hæc inſidias homini. Canes etiam capit,uomitionem hominis imitando,& ſepulchra effodit, humanæ auida carnis, ac eruit.* [c] *Quod de ea fertur,ge-* c.nat.an.6.32. *nitale ſimul & maris & fœminæ eandem habere,cōmentitium eſt: ſed uirile ſimiliter atq; in Lupis & canibus habetur. Quod uero fœmineum eſſe uidetur, ſub cauda poſitum eſt, figura ſimile genitali fœminæ, ſed ſine ullo meatu. Sub hoc,meatus excrementorum eſt. Quinetiam fœmina hyæna,præter ſuum illud etiā*

ſimile

ſimile ut mas habet ſub cauda, ſed ſine ullo meatu, à
quo excrementorum meatus eſt. Atq; ſub eo genita
le uerum continetur. Vuluam etiam hyæna fœmina,
ut cæteræ huiuſmodi fœminæ animantes, habet: Sed
raro hyæna fœmina capitur. Iam inter undecim nu-
mero, unam tantum cepiſſe uenator retulit quidam.
[a] Hæc cor magnum proportione habet. a.par.an.3 4.
[b] Hyſtrix latet, totidemq; diebus fert uterum, & b.na.an.6.30
reliqua facit, perinde ut Vrſa. [c] Quod condatur, utrũ c.na.an 8.17.
propter frigus, an alia de cauſa, ambigitur. [d] Pilos ef d.nat.an.1.6.
figie aculei ſpiculatos gerit. [e] Suos uillos iaculatur. e.na.an.9.39

I

IBes[a] Aegipti duplici genere diſtingun- a.na.an.9.27
tur: Sunt enim aliæ cãdidæ, aliæ nigræ.
candidæ apud peluſium tãtum nõ ſunt,
cum in rel iqua tota Aegypto habeantur. Nigræ
contra apud peluſium tantum, in cætera ægipto nul-
læ. [b] Ore non coeunt, ut aliqui opinantur. b.gen.an 3.6.
[c] Ichneumo tot numero parit, quot Canes, ueſci- c.na.an.6.35
turq; eiſdem. Viuit circiter annos ſex. [d] Phalanges d.nat.an.9.1.
uenatur. [e] Ichneumo ægypti, ubi aſpidem anguem e.nat.an.9.6.
ſuum hoſtẽ conſpexerit, non prius aggrreditur, quam
ſocios uocet, & limo obducto, contra ictus morſuſq;

ſeſe

ſeſe loricet. Modus armandi, ut primum madefaciat corpus, & in terra ſe uolutet,

Ichneumo Vepa, Vide Veſpa.

a.nat.an.9 6. [a] Ictis genus Muſtelæ ruſticæ, quod uiuerram interpretor, magnitudine eſt, quam Moliteniſis Catellus, minor: ſed pilo, forma, albedine partis inferioris, & morum aſtutia, muſtelæ ſimilis. Manſueſcit maiorem in modum. Officit aluearibus, mellis enim auida eſt. aues etiam petit. Genitale eius oſſeum eſt, & medicamento urinæ ſtillationibus eſſe putatur.

Ignaria Auis, cum Turture pugnat, Vide Turtur.

Iliacus, Vide Turdus.

b.nat.an.1.6. [b] Inus, Iumentum eſt.

c.nat.an.9.2. [c] Iuliæ piſces gregales.

d.nat.an.4 1. [d] Iuli, inſectorum genus impenatum. [e] Horum cor
e.par.an.4.6. inter Caput & alueum, & que pars his multiplex
f.par.an.4.6. eſt, quo fit, ut præciſa uiuere poſſint. [f] Quia plurimum pro ſui corporis longitudine frigent, numero præcipue pedum ſuperant.

g.nat.an.8.3. [g] Iunco Auis, petit lacus & fluuios, huicq; cauda motitat.
h.nat.an.9.1. [h] Iunco & alauda amici ſunt.

L

Labeo[a] piſcis, eodem quo ſargus tempo a.na.an.6.17
re coit, tantundem temporis fert. Labo
rat per id tempus, quo gerit uterum, un
de fit, ut tũc potiſsimum ruat in terram, atq; excidat.
fertur porro graui ſtimulo agitatus in terram, atq;
omnino id temporis motu perpetuo incitatur, donec
pariat Requieſcit a partu continuo. Vide capito.
[b] *Lacerta figura totius corporis Chameleontem* b.na.an.2.11
plane repreſentat. Subit Cauernas, & latitat.[c] *Sene* c.na.an.8.17.
ctutem exuit, tum uere cum egreditur, tum etiam au
tumno.[d] *ſuperiore palpebra conniuet.*[e] *Simplicem,* d.na.an.2.12 e.na.an.2.17
unumq; habet uentrem. Cauda huic amputata rena-
ſcitur.[f] *His coitus circumplexu mutuo ſupinarum* f.nat.an.5.4.
partium agitur.[g] *Pallido colore eſt.*[h] *Quaternos* g.na.an.2.11
habet pedes.[i] *Exiguum admodum lienem habet.*[k] *Et* h.nat.an.1.5. i.na.an.2.15
rotundum.[l] *Linguam habet bifidam, parteq; ex-* k.na.an.2.17
trema piloſam admodum.[m] *Sua oua terræ gremio cõ* l.par.an.4.11 m.nat.ani.5.
mittunt, quæ quidem oua ſponte in terra aperiuntur: ult.
uitam enim earum annum non complere, ſed ſemeſtrẽ
finire aiunt.[n] *Pulmonem exiguum & ſiccum habent,* n.par.an.3.6
ſed aptum ampliari ac extumeſcere cum inflatur.
[o] *His eadem Vuluæ ratio eſt, ut auibus, enimuero* o.nat.an.3.1.
Ceruix una in uno, & carnulentior eſt: fiſſura autẽ

a.na.an.9.34 *& oua proxima ſepto ſuſtinentur.* [a] *A noctua infe-*
b.na.an.8.15 *ſtantur.* [b] *Menſibus quatuor frigidiſsimis latent,*
c.nat.an.3.1. *nec per id tempus quicquam comedunt.* [c] *Teſtes ha-*
bent, non tamen qui foris pendeant, ſed qui intus ad
d.na.an.9.39 *hæreant lumbis.* [d] *Lacerti parui ab araneo aggre-*
diuntur.

e.nat.an.9.2. [e] *Lacerti piſces gregales.*

f.nat.an.9.1. [f] *Lædus Auis amica galgulo. Colit lædus ſaxa*
& montes, galgulus fruteta & nemora, ſuiſq; locis
uterq; contentus degit pacifice.

g.nat.an.5.5. [g] *Lamia ex Chartilagineis eſt.* [h] *Cum Amia pu-*
h.na.an.9.37 *gnat, & iam amiam aggreſſa, ulnera accepiſſe acrius*
uiſa eſt.

i.nat.an.1.1. [i] *Latax, greſsilis eſt.* [k] *Latior eſt lutre, denteſq;*
k.nat.an.8.5. *habet robuſtos, quippe quæ noctu plærumq; egre-*
diens, Virgulta proxima ſuis dentibus ut ferro præ-
cidat. Huic pilus durus, ſpecie inter pilum uituli ma-
rini, & Cerui. Victum ex lacu & fluuijs petit.

l.na.an.5.31. [l] *Lendes generantur ex pediculis, pulicibus, Cimi-*
cibus, per coitum: ex quibus nil præterea naſci poteſt.

m.ge.an.4.6. [m] *Leæna, Catulos inarticulatos propemodum pa-*
n.nat.an.2.1. *rit, & cæcos.* [n] *Duas in uentre mammas habet.*
o.gen.an.3.10 [o] *Cum primum quinque numero genuerit, mox pau-*
ciores generant, poſtremoq; unum, tum deinde nul-
p.gen.an.3.1. *lum.* [p] *quæ cauſa eſt ut ſterileſcat, cum & excremen-*

tum

tum omne conſumptum iam ſit, & ætate deſinente, ſe men una defecerit. [a] *Quod de ea fertur, Vuluã cum partu emittere, delira fabula eſt parit adeo paruos, ut uix poſt ſecundũ mẽſem incipiãt ingredi iuba caret.* a.na.an.6.31

[b] *Leo quamuis in edendo ferociſſimus ſit, tamen paſtus; & fame iam uacans, facilis mitisq; maiorẽ in modum eſt. Nil hic ſuſpicatur, nullius ſuſpicioſus eſt; feſtiuus, ludibundus, beneuolus admodum ſuis cum ſocijs & familiaribus eſt. In uenatu dum cernitur nunquam fugit, aut metuit, Sed etiam ſi uenantium multitudine cedere cogitur, ſenſim pedatimq; diſcedit; crebro ſubſiſtens, atq; reſpectans. Nactus uero opaca, fuga qua maxime poteſt ueloci ſe ſubtrahit, donec in aperta deueniat, tum rurſus lente incedit. Sed ſi quando locis nudis atq; patentibus cogitur fugam aperte arripere, currit contentus, nec ſalit. Curſuſq; eius continens, ut Canum, intenditur. Cum tamen ipſe inſectatur, ubi iam propinquarit, inſilit. Vera etiam illa de eo narrantur, ignem præcipue formidare, ut ſcripſit Homerus, & percuſſorem agnoſcere; atq; ex obſeruato inuadere. Si quis etiam non percuſſerit, ſed infeſtet: hunc ſi ceperit, non unguibus lacerat, nec ulla iniuria afficit, ſed quatit ſolum: atq; ubi ita perterruit, dimittit. Adeunt urbes, & iniuriam hominibus inferunt, potiſſimum tempore* b.na.an.9.44

Y *ſuæ*

ſuæ ſenectutis, tunc enim per corporis imbecillitatem, & dentium defectionem, uenari nequeunt. Viuere annos multos putantur: & quidem qui captus eſt claudus, dentes complures fractos habebat: quo argumento, quidam longam eſſe Leonum ætatem exiſtimarunt, haud enim hoc accidere, niſi longo tempore potuiſſe. Leonum duo ſunt genera, quorum alterum breuius criſpioreq; pilo, quod Ignauius eſt: alterum longius, piloq; probiore, quod generoſius eſt. Fugiunt interdum Leones demiſſa inter crura cauda, ut Canes. Iam uiſus eſt leo, qui cum ſuem aggrederetur, ut ſetis horrentem aſpexit, fugeret. Infirmus parte ilium eſt contra ictus: ſed reliquo corpore multas patitur plagas, & capite ualidiſſimo eſt. Quæcunq; uel momorderit, uel unguibus lacerarit, ſanies palleus admodum de his ulceribus effluit, etiam per faſcias
a.na.an.6.31 *atq; ſpongias, nec reprimi ullo pacto poteſt.* [a] *Leonem auerſum coire urinamq; retro reddere apertum eſt. Coit & parit non omni tempore, ſingulis tamen annis uere parit, & magna ex parte geminos, ſed cum plurimos ſex catulos. Rarum hoc animal eſt, nec multis naſcitur locis, ſed Europæ totius, ea parte ſolum, quæ inter Acheloum amnem, & neſſum eſt. Leones terræ Syriæ quinquies uita pariunt. Leoni iuba propria eſt. Dentes eos tantumodo mutat, qui Cani-*

ni

nt uocantur quatuor: duos ſuperius, totidemq; inferius, idq; ſexto menſe ætatis fit. [a] Veſcitur carne ritu cæterorum ſylueſtrium ſerratorum, ſed cibo incontinenter admodum utitur, multaq; ſolida deuorat ſine ullo diſſectu, mox nil triduo, aut certe biduo edit. Ferre enim inediam poteſt, ut qui iam ad multam ſatietatem repletus eſt. Parum bibit, excrementum raro emittit, tertio die uel ut cunq; accidit, egerit: idq; durum, aridum, & ſimile ut Canis. Flatum alui acerrimum emittit, & urinam grauiter olentem, unde fit, ut Canes arbores odorentur. Mingit crure elato, ut canes, ad ſtipites, fœdũ quoq; odorẽ in cibo relinquit ex ſuo halitu, proſciſſo nanq; Leone, interiora grauiter olent. [b] Canis mas cum Leone fœmina, & Leo mas cum cane fœmina, coire poteſt. [c] Liberalis eſt, fortis, & nobilis. [d] In oſſibus medullam admodum exiguam & tenuem habet, eamq; in paucis: ſolis enim inferioribus, atq; brachijs. Conſtat profecto præcipuæ omium animalium oſſibus ſolidis, ſunt enim adeo dura, ut ex eis concuſſis, ignis uelut a ſilice elidatur. [e] Leo & Lupus Ceruarius inimici ſunt: cum enim carne alantur, uictum ex eiſdem petãt neceſſe eſt. [f] Inter pedeſtria, unguibus eſt aduncis. [g] Dentes ſerratos habet. [h] Leones fului ſunt omnes. [i] Tempore coitus acrius in eos qui acceſſerint, ſæuiunt, Inter ſe ta-

a.nat.an.8.5.
b gen.an.2 6.
c.nat.an.1.1.
d.nat.an.3.7.
e.nat.an.9.1.
f.nat.an.3.9.
g.nat.an.2.1.
h.ge.an.5.6.
i.na.an.6.18

a.nat.an.2.7. *men minus dimicant, quia gregales non ſunt.*[a] *Os re-*
b.nat.an.2.1. *ſciſſum habent.*[b] *Huic ceruix oſſe uno rigida conſtat,*
nec uertebris ullis iungitur: interiora autem omnia,
c.pa.an.4.10 *Canibus ſimilia continentur.*[c] *Cum cæteris animali-*
bus collum flexibile et uertebris compactum ſit, Leo-
ni perpetuo oſſe riget. Quod autẽ binas tantum mam-
mas medio uentre habeant, cauſa eſt, non quia par-
ciſsime generant, nam plures quam duos interdum
edit, ſed quod minus lacte abundat: cibum enim quem
raro aſſumit, quoniam carniuorum animal eſt, in cor
d.nat.an.2.12 *pus abſumit.*[d] *Multiplici pedum fiſſura digitatur.*
Talum habet tortuoſum in anfractum, quale effin-
e.na.an.2.17 *gunt.*[e] *Huic ſimplex uentriculus eſt, quem excipit*
inteſtinum, & arctior eſt quidem, nec multo am-
f.pa.an.4.10 *plior inteſtino.*[f] *Pedes priores quinis diſtinctos di-*
gitis habet, poſteriores quaternis.

Leporaria aquila, Vide Aquila.

g.nat.an.1.1. [g] *Lepus ingenioſus, ac timidus eſt.*[h] *Lepores*
h.nat.an.5.2. *auerſe coeunt, & fœmina ſæpenumero marem prior*
i.na.an.6.33 *ſuperuenit.*[i] *Retro urinam reddunt. Coeunt & pa*
riunt quoquo tempore, dumq; utero ferunt, ſuperfœ-
tant: & ſingulis menſibus generant, ſed fœtus edunt
non uniuerſos, interpoſitis enim diebus quot res tule
rit, peragunt partionem, habet fœmina lac, priuſquã
pariat, & à partu continuo repetit coitum, & la-

ctans

ctans adhuc concipit fœtum. Lac ſuillo ſimile ſua
craſsitudine eſt. Partum non, ut maior fidipedũ pars,
cæcum edit. [a] *In Ithaca inſula lepores ſi aliunde illa-* a.na.an.8.28.
ti dimittantur, uiuere nequeunt: ſed eodem reuerſi,
unde maris introierint inſulam, moriuntur. In ægypto
minores ſunt quam in Græcia, cuius rei cauſam attri-
buunt cibo, qui alijs large, alijs parce fit, lepori autem
uictus ieiunior ob eam rem eſt, quod neq; nuces neq;
poma ſunt diuturniora. [b] *Leporum genus quoddam* b.na.an.2.17
eſt, tum alibi, tum etiam in Sycino agro circiter Bol-
bam lacum, quos bina habere iecinora credideris,
quoniam meatus procul admodum coeant. [c] *Lepori* c.nat.an.3.12
uni pili & in bucca intus, & ſub pedibus ſunt, cum
cætera animalia nec intra os habeant pilos, nec parte
pedum reſupina, ſed prona. [d] *Cor magnum propor-* d.pa.an.3.4.
tione habet. [e] *Huic coagulum fit, quoniam herbam* e.na.an.3.ult.
ſucci lactei paſcatur. [f] *Acetabulum habet Vuluæ* f.nat.an.3.1.
dum partum gerit. [g] *Mollem habet pilum, ſed minus* g.gen.an.5.3.
tenuem: huius enim pilus per ſumma cutis enaſcitur,
quamobrem longitudine caret. [h] *Leporis ſanguis ſo-* h.na.an.3.6.
let ſpiſſari, uidelicet nõ coitu firmiore, ut cæterorum,
ſed fluuido, quale lac eſt, quod ſine coagulo ſponte
coiuerit. [i] *plura generant, ſemine etiam abundat, quod* i.gen.an.4.5.
eius hirſutie ſignificatur, copia enim pili exuperat.
Lepriis ſæpenumero fœtus alios imperfectos geſtat,

alios

a.na.an.9.32 *alios perfectos iam edit.* [a] *Ab aquila rapitur.*

Leuis Accipiter, Vide Accipiter.

b.na.an.6.11 [b] *Leuiraia piſcis, gignit animal, cum intra ſe oua*
c.na.an.2.15 *pepererit.* [c] *Hinc fel in iecore poſitum eſt.*

d.na.an.2.15 [d] *Libella piſcis habens fel in iecore poſitum, ut Leuiraia.*

e.na.an.5.32 [e] *Ligniperdi, uermiculus qui & Xylophthorus dicitur, a corrumpendis lignis. Caput ſuo putamine exerit uarium, pedes in poſtremo habet, ut alij uermes: Reliquum uero corpus tunica araneoſa integitur, ſuoq; regumento hærentes feſtucas gerit, ita ut forte eas, caſuq; ſibi contraxiſſe, dum ambularet, uideretur: uerum ipſæ natiuæ inhærent tunicæ, & ut Limacibus teſta, ſic totum id Vermiculo huic adhæret: nec decidit unquam, ſed euellitur, ut natiuum. Quod ſi hanc eius tunicam detrahas, expirat: pariq; modo, atq; limax, teſta detracta hebeteſcit. Proceſſu utiq; temporis id quoq; in aureliam tranſit, ut eruca, atq; immobile uiuit. Sed quidnam ex eo animalis pennati oriatur, compertum non adhuc eſt.*

f.na.an.9.17 [f] *Ligurinus Auis, & uita & colore ignobilis*
g.nat.an.8.3 *eſt, ſed ualet uocis amœnitate.* [g] *Ligurinus ſiue ſpinus, in ſpinis uictitat, uermem autem et quoduis aliud animal aſpernatur, dormitq; & paſcitur eodem in*
h.na.an.9.1. *loco.* [h] *Eſt aſini inimicus: uictus enim huic à uepribus,*

bus, quas aſsinus tenellas adhuc paſcit. Odium etiã exercet cum floro, & ægitho.

Lingulaca, Vide Coturnix.

[a] *Limax teſta detracta hebeteſcit.* [b] *Hyeme latet.* a.na.an.5,32
[c] *Carnem penitus habet incluſam, nec ulla ex parte* b.na.an.8.13
conſpectam, excepto capite. [d] *Vbi eſt limax, neq; ſus* c.nat.an.4.4.
eſt, neq; perdix, omnes enim ab his eduntur Limaces. d.na.an.9.37

[e] *Limaria piſcis fuſaneus, ſemel parit in anno.* [f] *In* e.nat.an.5.9.
Ponto parit, nec uſpiam alibi. [g] *Gregalis eſt. Vi* f.na.an.5.10
de Thũnus. g.nat.an.9.2.

[h] *Limoſa piſcis gregalis.* h.nat.an.1.12

Liuia Columbæ genus. Vide Columba.

Diſcedit, nec hybernare apud nos patitur.

[i] *Locuſta, inter cruſtata, quæ per coitum concepe* i.na.an.5.17
runt, oua gerit utero tribus menſibus his, Maio, Iunio, Iulio: tum deinde ſub aluo in rugas deponit, qua oua more uermium augentur. Fit locuſtarum ouum acenidum in partes octo diductum: ſingulis enim operimentis, quæ de latere extant, ſingula quædam Chartilaginea iunguntur, quibus oua adhærent, totumq; quaſi ſpecies uuæ conſiſtit: unumquodq; enim illorum cartilagineorũ in plura ſcinditur, quæ ſi diſcreueris, patent: ſin aſpicis, tantum compoſitum quiddam apparet. Fiunt maxima, non quæ iuxta meatum ſed quæ media ſita ſunt, minimaq; nouiſsima continentur. Magnitudo

gnitudo minimis, quanta granis ficuum eſt, nec medium ipſum ulla contingunt, ſed per medium hærent: utraq; enim ex parte, caudam duo & aluum, bino maxime diſtinguitur interuallo: ſic enim operimenta quoq; diſpoſita ſunt. Sed quoniam latera ipſa comple cti ſatis non poſſunt, addito extremo cuncta teguntur, idq; uelut operculum obturat. Videtur prorſus locuſta chartilaginoſis illis particulis mandare oua, cum enititur, caudam adducens, & protinus comprimēs, inflectensq; ſeſe, parere. Chartilagineæ uero illæ appendices, per id tempus augentur: atq; ouorum capaces redduntur, partus enim in ijs recipitur, ut ſepiarum in ſarmentis, & qualibet colluuione collocatur. Mox ubi ea ſui corporis parte intra diem maxime uigeſimum oua concoxerint: abigunt uniuerſa, cū glomerataq; ita in idem, ut foris congeſta appareant. Tum ex eo locuſtæ proueniunt intra diem maxime decimum quintum, & ſæpe minores, quam ut digiti magnitudinem expleant, capiuntur. Excludunt igitur oua ante arcturum: abigunt iam concocta, atq; abſoluunt ab arcturo. Aſperis ſaxoſisq; locis proueniunt, limoſa non amant, unde fit, ut circa Sipæum & Atheum gignantur. Cruſta ſua tam nuper natæ quam poſt, exuuntur per uer. His uita diuturnior data eſt. a.nat.an.4.2. Pedes his utroq; ex latere, quini,

ultimis

ultimis annumeratis, qui in forcipem exeunt denticu latum. Caudam habent, & pinnas quinas. Differt mas locuſta à fœmina, quod fœminæ primus pes duplex, mari ſimplex. Pinnæ etiam parti ſupinæ adnexæ: fœminæ maiores, & quæ collo proximæ ſunt, minores habentur. Mari omnes æque minores, nec uſquam per diminutionem diſsimiles. Adhæc, mari in nouiſsimis cruribus, uelut calcaria maiuſcula prominent acuta, quæ fœmina parua habet & læniora. Utriq; tamen cornua ante oculos bina, longa et aſpera, quibus alia minuta et leuiora cornicula ſubiacent. Oculos habent duros, & aptos, tum intro, tum foras etiam, tum in obliquum moueri. Suas ad branchias mare tranſmittunt, quas ipſæ plures quam cætera habent. His dentes duo primores ſunt, & in ore Caruncula, quædam conſtituta pro lingua eſt. Gulam habent ante uentrē egxiguam, moxa uentre inteſtinum quod recta in caudam finit, qua excrementa emittunt, & oua pariunt. Locuſtis igitur dentes bini maiuſculi, & uenter quo humor ſimilis muti continetur: Caruncula etiam inter dentes, linguæ repreſentans effigiem: & gula ab ore breuis, quam Venter membraneus excipit: Cuius oſtio tres denticuli inhærent: duo aduerſi: reliquus infra: inteſtinum uero a uentris latere ſimplex pari craſſamento ad excrementi uſq;

Z *oſtium*

oſtium fertur. His meatus quoq; à pectore pendens ad excrementi exitum pertinet, qui fœminis pro uulua eſt. Maribus genitalis ſeminis receptaculum ſufficit. Meatus hic iuxta cauum carnis continetur, ita ut media caro interiaceat: inteſtinum enim deuexum pertingit: meatus uero cauo applicatur. Nulla maris meatum ac fœminæ differentia diſtinguit: quippe cum uterq; tenuis ſit, & albidus: & humorem intra ſe continens pallentem: uterq; etiam ex pectore pen-
a. nat. an. 8. 2 *det.* [a] *Paſcuntur uenatu piſciculorum circa ſua cubilia, quæ in alto locis aſperis, ſaxoſis, cauernoſisq; faciunt. Quicquid ceperint, ori admouent ſuo forcipe, ut cancri. Incedit locuſta ſua natura ante, cum nihil metuit, demiſſis in latera cornibus: at ubi metuit, fugit retro: longeq; ſua cornua porrigit. Dimicant inter ſe more arietum cornibus, quæ extollentes uibrantesq; feriunt aduerſarium: ſed uniuerſæ etiam plærumq;*
b. nat. an. 1. 1. *rumq; tanquam gregis collegium uiſuntur.* [b] *His uis*
c nat. an. 1. 5. *nandi tributa eſt.* [c] *Cauda natant, celerrimeq; retrorſum pinnarum caudæ adiunctarum beneficio.*
d. nat. ani. 1. 4 [d] *Exangues ſunt.* [e] *Si eiſdem in retibus ſenſerit locu-*
e. nat. ani. 8. 2
f. nat. ani. 5. 7 *ſta polypum, præ metu emoritur.* [f] *More quadrupedum retro mingentium coeunt, ſcilicet, ut fœmina caudam ſupinam exponat, mas ſuam ſuperponat & applicet. Coire ſolent ineunte uere iuxta terram: inter-*

dum

dum etiam cum ficus matureſcunt, coire incipiunt.

a Congros conuincunt, nam elabi nequeunt, propter a.nat.an.8.2.
cruſtæ aſperitatem b Earum ſatis apparet ſomnus. b.n.a.an.4.10
c Extra ſe munitæ ſeruantur. d Tunc optimæ ſunt, c.par.an.2.8.
cum grauidæ. e Non gignuntur in Euripo. f Iam ca d.n.a.an.5.30 e.n.a.an.9.37
ptæ aliquæ ſunt locuſtæ, mollem habentes partem ſu f.nat.an.8.17
periorem, quod cruſtam circumrupta detractaq; eſ
ſet: inferiorem autem duram, quia nondum eſſet diſru
pta. Latent menſes circiter quinq;. g Locuſtarum g.gen.an.3.8
Vulua bifurcis eſt, amplioresq; quam mares habent
tabellas, ut oua ſeruentur. h Locuſtam complures ui h.nat.an.9.6.
derũt, quoties cum ſerpente pugnat, collum eius præ
hendere. i Nomine uacat communi locuſtarum genus. i.nat.an.1.6.

k Locuſtæ terreſtres, eodem coeunt modo, quo cæ k.n.a.an.5.28
tera inſecta, ſcilicet minore ſuperueniente maius, ſunt enim in eo genere mares minores quam fœminæ. Pariunt in terra fixo cauliculo, quo mares uacant, ac uniuerſæ; & loco eodem fœtum deponunt, ita ut quaſi fauus eſſe uideatur. Hinc uermiculi ſpeciem oui gerentes oriuntur, qui terra quadam prætenui, tanquam membranula ambiuntur, qua diſſecta emergunt locuſtæ, ac euolant. Tam mollis fœtura hæc eſt, ut ad tactum leuiſſimum dilabatur, & pereat. Non ſummæ telluri partus committitur, ſed paulo altius: Hic concoctione peracta, exeunt ex illo terreno amiculo

*paruæ locuſtæ & nigrantes: deinde Cute obrupta,
maiores ſtatim efficiuntur. Pariunt exitu ueris, & ſta
tim á partu moriuntur, uermiculis circa collum inna-
ſcentibus, tempore partus: qui eas ſtrangulent. Ma
res quoq; eodem tempore obeunt. Vere terra emer-
gunt. Locis montanis aut tenuibus locuſtæ non fiunt,
ſed planis, rimoſisq;. Pariunt enim in rimis ſua oua,
quæ durant hyeme. Interra Ineunte æſtate proue-
a.nat.an.4.9. niunt ex fœtu anni ſuperioris locuſtæ.*[a] *Suis guber-
b.nat.an.4.7. naculis atterentes ſonant.*[b] *Ventrem habent, a quo re
c.par.an.4.6. liquum inteſtinum replicatum proficiſcitur.*[c] *His cru
ra poſteriora medijs longiora ſunt, ut ambulent me-
lius, et attollãtur facilius de terra, cum auolare libet,
cum enim inflexa rurſus connixa extendunt, attolli de
terra neceſſe eſt. Non ergo parte priore, ſed poſte-
riore habent crura illa ad gubernaculorum effigiem
cõdita, ſuffraginem enim intus flecti neceſſe eſt, quod
nulli crurum priorum datum eſt.*

d.nat.an.1.6. [d] *Lolligo, mollis eſt.*[e] *Lolligenes in alto pariunt,
e.nat.an.5.18. conſertum ijs quoq; ouum, quale ſepijs, eſt. Viuen
di ſpatium, breue: nam, exceptis paucis, bimatum
non complent. Prodeunt e ſingulis Lolliginum ouis,
lolligines ſingulæ, Inter lolliginem marem, & fœ-
minam hoc intereſt, quod fœmina inteſtina continet
duo, ueluti mammas: quæ ſi aluo diſiecta inſpectes,
facile*

facile uideris. Mas omnino ijs caret. [a] *Tum pedi-* a.nat.an.1.5.
bus ipſis, tum pinnis natant. [b] *Peculiares binas ſor-* b.nat.an.4.1.
tiuntur promuſcides longas, acetabulo parte exti-
ma bino aſperiuſculas, quibus capiunt, & ad ora
admouent Cibos. Iis etiam quoties tempeſtates ur-
gent, ad ſaxa aliqua adhærentes ſe ueluti anchoris ta
ctis ſtabiliunt. Pinnulis quibus alueus circundatur,
natant. Longiores ſepijs ſunt. His etiam partes du
ræ ac ſolidæ intus per dorſum & corporis prona con
tinentur, quas gladiolum uocant. [c] *His bina concepta* c.par.an.4.5.
cula uentris ſpeciem gerunt, ſed alterum minus inglu
uiem imitatur, & tactu diſcrepat, quoniam corpus
etiam totum carne melliore conſtat. Quod attramen
tum uocatur, habent ſupra apud mutim potius poſitũ.
Gaudent alto, uitamq; pelagicam agunt. Sepium
chartilaginoſum ac tenue gerunt. [d] *Præſtant cum gra* d.na.an.8.30
uidæ ſunt. [e] *Piſces uel maiores euincunt.* [f] *Coeunt* e.nat.an.8.2. f.nat.an.5.6.
oribus inuicem admotis, complexuq; mutuo brachio-
rum libidinem explent. Lolligenes etiam et ſæpie ora
applicantes, & brachia inter ſe componentes, natan
tesq;, in aduerſum coeunt. Narem etiam dictam in
narem inſerunt. Pariunt ea ſui corporis parte, quæ
fiſtula dicitur, qua, & coire eas nonnulli arbitran-
tur. [g] *His oua gemina apparent, quoniam Vulua* g.gen.an.3.8.
earum ita articulata eſt, ut bifida cernatur. [h] *Ha-* h.pa.an.4.10

bent

bent pedes ſupra dentes ſenos exiguos, eorumq; noviſſimos duos maiores, reliquos autem octonorum duos infra omnium maximos. His inutiles ſunt pedes, patui ſunt enim, cum alueum habeant magnum. Lolligines minores dictæ, pinnulam latiorem habent, nec anguſtam, neq; circum actam per totum alueum, ſed de medio orſam.

a.nat.an.1.6. b.nat.an.4.1. [a] *Lollius, mollis eſt.* [b] *Peculiares binas ſortiuntur promuſcides longas, acetabulo parte extima bino aſperiuſculas, quibus capiunt, & ad ora admouent cibos. Iis etiam quoties tempeſtates urgent, ad ſaxa aliqua adhærentes ſe ueluti anchoris iactis ſtabiliunt, pinnuliſq; quibus alueus circundatur, natant. Lolliorum genus puſillum admodum eſt, & facie quoq; à lolligine diſſidens. Pars enim lollij, quæ exit in acutum, latior eſt. Pinnulæ autem circundantes illæ, totum in lollio alueum ambiunt, cum in lolligine partem aliquam relinquant. Pelagius tamen Lollius non alio modo, quam lolligo conſiſtit. Caput omnibus inter crura, quæ & brachia, & barbæ, & Cirri appellantur. Eius pars oris habitus eſt, in quo dentes duo, ſupra quos oculi totidem grandiuſculi, quibus diſcrimê exigua quedam præſtat Chartilago continens cerebellum. Ineſt etiam in ore caro quædam exigua, qua uice linguæ utuntur. Alueus à capite*

amplioris

amplioris capacitatis propenſus, cuius caro fiſſilis eſt. non per directum, ſed in orbem. Os gula excipit anguſta, & longa: quam guttur ſequitur ampluſculum, cui iungitur uenter, tanquam omaſum, inteſtinum ab eo tenue, partem repetens ſuperiorem ad os fertur, quod laxius quam gula eſt. His partes duræ ac ſolidæ intus per dorſum, & corporis prona cõtinentur. [a] *gregales ſunt.* a.na.an.9.2

[b] *Lumbricus, uel Tinea, in excrementis procreatur. Horum tria ſunt genera, latum, Teres, & aſcaridum, ex quo nil procreari aliud poteſt. Latum autem illud ſolum inteſtino adhærens, parit ſimile cucumeris ſemini.* [c] *Ab his canes infeſtantur.* b.na.an.5.19 c.nat.an.9.6.

[d] *Lupus fert & parit, ut Canis, tum tempore, tum etiam fœtus numero. Cæcos etiam generat Canis modo. Coit uno tempore tantum. Parit ineunte æſtate.* [e] *In Cirenenſi agro Lupi cum Canibus coeunt.* [f] *Lupus, Aſino, Tauro, & Vulpi eſt hoſtis.* [g] *Perpetuo ferus eſt, & inſidioſus, ac generoſus.* [h] *Ouem iugulat.* [i] *Ouium quas Lupus occiderit, pelles ac uellera, & facta ex his ueſtis, longe quam cætera aptiora ſunt ad pediculos procreandos.* [k] *Lupi minores ſunt in Aegypto quam in Græcia, Cuius rei cauſam attribuunt cibo, qui alijs large, alijs parce ſit.* [l] *Lupi eodem coeunt modo, quo Canes.* d.na.an.6.35. e.na.an.8.28 f.nat.an.9.1. g.nat.an.1.1. h.nat.an.9.6. i.na.an.8.10. k.na.an.8.28. l.nat ani 5.2.

His

a.pa.an.4.10 [a] *His oſſe perpetuo collum riget, commodius enim ad robur, quam ad cæteros uſus collum bis eſſe natura*
b.pa.an.4.10 *uoluit.* [b] *Pedes priores quinis diſtinctos digitis ha-*
c.nat.an.2.1. *bent, poſteriores quaternis.* [c] *Oſſeum genitale ha-*
d.nat.an.8.5. *bent.* [d] *Lupos aiunt terram quandam cum eſuriunt, edere. Herbas non alio tempore tāgunt, niſi cum mor bo laborant. Hominem illi potius petunt, qui iner-*
tes & unipetæ quidem ſunt, quam qui uenatores.
e.nat.an.8.6.
f.na.an.6.18 [e] *Lupo ſus obſiſtere repugnareq; poteſt.* [f] *Tempore coitus, Lupi in eos qui acceſſerint ſæuiunt. Interſe*
g.na.an.2.17 *tamen minus dimicant, quia gregales non ſunt.* [g] *Ma*
xilla utraq; dentati ſunt, & uentres ſingulos habent.
h.na.an.9.36 [h] *Apud Mæotidem paludem Lupos eſſe piſcatorū familiares, aiunt: & niſi partem ſuam à piſcatoribus acceperint, retia cum in terra expanſa reſiccantur, lacerare.*

i.na.an.6.13 [i] *Lupus piſcis, oua parit.* [k] *Per hyemem ſuum*
k.na.an.5.11 *edit partum.* [l] *Huic bis anno partus exercetur, ſed*
l.nat.an.5.9.
m.na.an.5.10 *poſterior infirmior eſt.* [m] *Locis his maxime edit,*
n.nat.an.9.2 *qua flumina exeunt.* [n] *Mugilis caudam abſcindit. Hic & Mugilis quanquam inimici ſunt Capitales,*
o.na.an.8.ult. *tamen ſtato tempore congregantur.* [o] *Deterior eſt,*
p.na.an.8.19 *cum utero fert.* [p] *Maxime infeſtatur algore propter lapidem quem habet in capite: facit enim lapidis rigor, ut per algorem gelentur, & excidant Lupi.*

Liquidius

[a]Liquidius inter piſces audit. [b] Lupi Carniuori tantum ſunt, ſed algam etiam tangunt. [c] fuſcina ſæpenumero interdiu dormientes capiuntur, alioquin nullo modo fuſcina poſſe capi exiſtimatur. [d] quaternas habent pinnas, binas parte prona & binas ſupina. a. nat. .n.4.9 l. nat. .11.c.2 c. .4.10 d. nat. .1.4

Lupus Ceruarius. Vide Ceruarius Lupus. 1.Q.

[e] Coitu ut Canes Implentur, & cæcos generat, numero duos aut tres, aut quatuor. Corpore longior, & cauda porrectior eſt, ſed proceritate breuior. Celeritate æq; præſtat, quamuis crura habeat breuiora: Mollis enim & agilis eſt, proſilireq; longius ob eam rem poteſt. [f] Interna omnia Lupi ſimilia habet. e. .6.35

[g] Lupus Canarius, cæcos parit Luporum ritu, numero complurimum quatuor. f. nat. .2.17 g. nat. .2.17

[h] Luſcinia auis, æſtate parit, quinq; aut ſex oua. Conditur ab autumno, uſq; ad uernos dies. h. nat. .5.5.

[i] Proprium huius eſt, ut linguæ ſummæ acumine careat. [k] Iam Luſcinia modulos ſuos pullos docere, uerſusq; quos imitarentur tradere uiſa eſt. [l] Canere ſolet aſſidue diebus ac noctibus quindecim, cum ſylua fronde incipit opacare: Dein canit quidem, ſed non aſſiduo. Mox adulta æſtate, uocem mittit diuerſam, non Inſuper uariam, aut celerem, modulatamq;, ſed ſimplicem: colore etiam immutatur: & quidem in terra Italia per id tempus alio nomine appellatur. Ap- i. nat. .9.15 k. nat. .4.9. l. nat. .5.49

paret non diu, abdit enim ſeſe, & latet.

a.na.an.9.13 *[a] Lutea auis, ſic dicta a colore partis ſue inferioris pallido magnitudine Alaudæ eſt. Parit quatuor aut quinq; Nidum ſibi ex alo herba euulſo ſtirpitus facit, ſed ſtragulum ſubijcit, ex uillo & lanâ.*

b.nat.an.9.1. *[b] Pugnat cum pipone, oua enim inuicem exedunt.*

c.nat.an.9.1. *[c] Luteus, auis, pugnat cum Turture, & occidit Turturem.*

d.na.an.9.29. *[d] Luteola auis, in cuius nido parit Cuculus, ſuper*
e.nat.an.8.3. *arborem. [e] Vermiculos petit.*

f.nat.an.1.1. *[f] Lutris Animal greßile. [g] Hominem mordet,*
g.nat.an.8.5. *nec deſiſtit ut ferunt, niſi fracti oſsis crepitum ſenſerit. Victum ex lacu & fluuijs petit.*

h.nat.an.9.1. *[h] Lybius auis, cum Galgulo pugnat.*

i.nat.an.5.2. *[i] Lynx, retro urinam mittit, & auerſus coit. [k] huic*
k.nat.an.2.1 *ſemitalo ſimile quiddam eſt.*

l.ng.an.2.12 *[l] Lynx auis paulo maior quan fringilla. Habet ſibi propriam digitorum diſpoſitionem, binos uidelicet utrinq;: & linguam ſerpentibus ſimilem, quippe quam in longitudinem menſura quatuor digitorũ porrigat, rurſumq; contrahat intra roſtrum. Collum etiam circumagit in auerſum, reliquo quieſcente corpore, modo ſerpentum, unde Torquilla uulgo appellata eſt, quanquam Turbo ab antiquis. Vngues ei grandes, & ſimiles ut monedulis exeunt: uo-*

ce autem eſt ridet. [a] *eius corpus minus quam cætera rum propenſum eſt in aduerſum.* a. pa. an. 4. 12

[b] *Lyra piſcis uocalis exiſtimatus, huic enim quaſi grunnitus quidam emittitur.* b. na. an. 4. 9

M

M*aena, Vide Alec.*

Maia, Vide Cancer. [a] *Oculos habet in medio poſitos, diſtãtes breui diſcrimine.* a. nat. an. 4. 3.

[b] *Senectutem exuit, & tunc mollis admodum cruſta ſubnaſcitur.* b. na. an. 8. 17

[c] *Maleolus piſcis gregalis.* c. na. an. 9. 2.

[d] *Mantichora Belua (ut Cteſias ſcribit) quæ apud Indos gignitur, cui dentes triplici utrinq; ordine, magnitudo, hirtitudo, & pedes Leonis, facies & aures hominis, oculi cæſii, color rubricæ, Cauda Scorpionis modo terreſtris, aculeo armata: ſpiculaq; agnatæ iaculans, Vox fiſtulæ, tubæ ue non abſimilis, curſus non minoris pernicitatis quam Ceruis, feritas tanta, ut nunquam poßit miteſcere, Appetitus præcipue carnis humanæ.* d. na. an. 2. 1.

[e] *Meleagris auis, cuius oua punctis diſtincta ſunt.* e. na. an. 6. 2.

Membrada. Vide Sardina.

[f] *Mergus auis, ſaxis maritimis oua bina, terna ue* f. na. an. 5. 9.

parit, a bruma ineunte uere, incubat cæterarum mo
a.nat.an.8.3. *re, ſed non conditur.* [a] *Apud mare uictitat.*
b.nat.an.6.1 [b] *Merops auis ſubit terræ cauernas, & facit cu*
c.na.an.9.40 *nabula.* [c] *Iniuriam apibus infert.* [d] *ſunt qui has geni-*
d.na.an.9.13 *torum ſenectutem inuicẽ educare confirment, uicemq; reddi, ut parentes non modo ſeneſcentes, uerum etiã ſtatim cum iam datur facultas, alantur opera liberorum: nec matrem aut patrem extre, ſed in cubili manentes paſci labore eorũ quos ipſi genuerunt, enutrierunt, educarunt. Pẽnæ huius auis inferiores pallidæ ſunt, ſuperiores cæruleæ ut halcyonis, poſtremæ pinnulæ rubre habent. Parit ſex aut ſeptẽ æſtate in præcipicijs mollioribus, intro uel ad quatuor cubita ſubiẽs.*
e.na.an.9.19 [e] *Merularum duo ſunt genera alterum nigrum, & uulgare, alterum candidum, magnitudine quidẽ compari, & uoce ſimili: ſed circa Cyllenam Arcadiæ familiare, nec uſquam alibi naſcens. Eſt enim ex hoc genere quæ ſimilis nigræ ſit, ſed fuſca colore, & magnitudine paulo minor. Verſari hæc in ſaxis & tectis ſolita eſt, nec roſtrum rutilum, ut merula habent.*
f.na.an.5.13 [f] *Bis parint: ſed eius primi partus intereunt frigore hyberno, omnium nanq; auium prima hæc parit. Poſteriorem autem partum educat, & fœliciter du-*
g.na.an.8.16 *cit ad finem.* [g] *Latet.* [h] *Turturem amat.* [i] *Coniuga-*
h.nat.an.9.1.
i.na.an.8.15 *tim mares cum fœminis conduntur, quomodo et fœtificare*

care ſolent. [a] Pugnant cum grege. [b] Per tempora a.nat.an.9.1. b.na.an 9.49
immutatur, ex nigra enim redditur rufa, & uocem
mittit diuerſam. Strepitat enim per hyemem, cum per
æſtatem tumultuans cantet. [c] Interiora nidi ex uillo c.na.an.9.13
& lana conſternit.

[d] Merula piſcis, mutatur: uere enim nigreſcit, d.nat.an.8.ul.
poſt uer, albedinem ſuam recipit.

[e] Miluus, parit bina, magna ex parte, interdum e.nat.an.6.6.
tamen & terna: totidemq; excludit pullos; ſed qui
Aetolius nuncupatur, uel quaternos aliquando ex-
cludit. [f] Viſus eſt bibere, quamquam raro. [g] Cum f.nat.an.8.3. g.nat.an.9.1.
Coruo pugnat. Eripit enim a coruo quicquid tenet,
ut qui & unguibus ſit præſtantior, & uolatu: Ita fit,
ut eos quoq; uictus ratio faciat inimicos. [h] Paucis h.na.an.8.16
quibusdam diebus latet. [i] Amicus eſt piſcis & har i.nat.an.9.1.
pæ. [k] Carniuorus eſt. [l] Huic fel iecori ſimul & in k.nat.an.8.3. l.na.an.2.15.
teſtino iungitur. [m] Huic etiam lien uſq; adeo exiguus m.na.an.2.15
eſt, ut propemodum ſenſum effugiat.

[n] Mitulus, ex genere biualui eſt, ſe concludendo n.par.an.4.5
tuetur. [o] Fauificare ſolitus eſt. [p] Non ſemper, ſed ue o.na.an.5.15 p.gener.an.3.ult.
re habet id quod ouum uocatur, mox enim tempore
procedente minuitur, demumq; totum aboletur. [q] La q.nat.an.4.4.
bra habet tenuia, & teſtam leuem.

[r] Monedularum tria ſunt genera. Vnũ quod gra r.na.an.9.24
culus uocatur, magnitudine quanta cornix, roſtro

rotundo, rutilo. Alterum Lupus cognominatum, paruum, & ſcurra. Tertium quod familiare Lydiæ,
a.nat.an.3.ul. *ac Phrygiæ terræ, idemq; palmipes eſt.* [a] *Monedulæ ingluuies deeſt, ſed uice eius gulam habet latiorem & patentiorem, qua propius uentriculum adit.*
b.gen.an.3.6. [b] *Harum roſtrorum coniunctio ſæpenumero cernitur.*
c.na. an.2.12 [c] *Vngues eis grandes exeunt.*

d. nat.an.9.2. [d] *Monedula piſcis gregalis,*
e.nat.an.5.9. [e] *Fuſaneus eſt, &*
f.na.an.8.14. *ſemel parit.* [f] *Magna ex parte non ſubit pontum, ſed in propontide trahit æſtatem, & parit: hyemem in Aegeo. Monedulæ ſubeuntes pontum capiuntur, exeuntes autem, minus. Optimæ in propontide ſunt antequam pariant.*

Monticola Auis. Vide Parus.

g.nat.an.8.3. [g] *Montifringilla Auis fringillæ ſimilis, & magnitudine proxima, ſed collo cæruleo, & in montibus degit, unde nomen accepit. Vermiculis partim ex toto, partim magna ex parte alitur.*

Mordella. Vide Orſodagna.

h.na.an.6.17 [h] *Mormur piſcis, æſtate parit.*

Morphna. Vide Aquila.

i.na.an.6.17 [i] *Muco piſcis, coit menſe decembri, fert uterum dies triginta. Laborat per id tempus quo gerit uterum, unde fit, ut tunc potiſſimum ruat in terram, atq; excidat. Fertur porro graui ſtimulo agitatus in ter*

ram

ram, atq; omnino id temporis motu perpetuo incitatur, donec pariat. Requieſcit a partu continuo. [a] *Menſe decembri graueſcere incipit.* a.na.an.5.11

[b] *Mugil piſcis, per id temporis quo gerit uterum,* b.na.an.6.17.
motu perpetuo donec pariat ſolicitatur. Inter primos partum accelerat. [c] *Carne omnino abſtinent. Cuius* c.nat.an.8.2.
rei argumentum eſt, quod neq; in uentre tale quid unquam habentes capiuntur, neq; eſca in eos ex carne utimur, ſed offa panis. Veſcuntur alga atq; arena. Guloſus omniũ maxime eſt Mugilis, atq; inſatiabilis, quo circa uentre diſtento graueſcit, & niſi ieiunus ſit, hæret iners. Cum hic metuerit, caput abſcondit, quaſi corpus totum occultet. [d] *Carne alitur.* [e] *Hic* d.na.an.9.37
& Lupus quanquam inimici ſunt capitales, tamen e.nat.an.9.2.
ſtato tempore congregantur. Sæpe Mugiles cauda abſciſſa uiuunt. Abſcinditur horum cauda à Lupo.

[f] *Omne mugilum genus ſponte non oritur, ut opinantur nonnulli: Nam & oua eorum fœminæ, & ſemen genitale mares habere cernuntur. Verũ genus quoddam eorum eſt, quod non coitu, ſed ex limo, arenaue enaſcatur.* [g] *Aſcendunt de mari in lacus, & fluuios.* [h] *Mugil quem lacus Sipharum gignit, binas pinnas iuxta branchias habet.* [i] *Deteriores ſunt cum utero ferunt.* [k] *Per hyemem ſuos edunt partus.* [l] *A Torpedine & paſtinaca comeduntur. Vigent au-*

f.na.an.6.15 g.na.an.6.14 h.na.an.2.13 i.na.an.8.ult. k.na.an.5.11 l.na.an.9.37

tumno

m. nat. an. 4. 8 -tumno. *Hos etiam ſæpia uenatur.*[a] *Liquidius au-*
b. na. an. 8. 13 *diunt.*[b] *Littoralis eſt mugilis.*[c] *Oua parit.*[d] *Ad*
c. na. an. 6. 13 *concoctionem iuuandam, modo auium uentriculos ha-*
d. p. a. in. 3. 14
e. na. an. 4. 10 *bent mugiles, & carnoſos.*[e] *Fuſcina interdiu ſæpe-*
numero dormientes capiuntur, alioquin nullus fuſci-
f. nat. an. 5. 9. *na poſſe capi exiſtimatur.*[f] *Semel pariunt, & fuſa*
g. nat. an. 8. 1. *nei ſunt.*[g] *Seſe in ſuo genere non comedunt.*[h] *In ge*
h. gen. an. 2. 4. *nere quodam mugilum, eſt quod nec mas, neq; fœmi-*
na ſit, in fluuijs lutulentis.[i] *Locis ijs maxime edunt*
i. na. an. 5. 10. *qua flumina exeunt.*[k] *His imbres uocent. fit enim ut*
k. na. an. 8. 19 *pluuijs multi ex ijs de facili excæcentur, ſi modum*
aqua exceſſerit. Præſtant in fluctis, & lacubus.
l. na. an. 2. ult. [l] *Mugili ſuperne circa uentriculũ appendices exeunt*
cum plures: cui parte altera plures exeunt, altera una
m. na. an. 5. 11 *tantum.*[m] *Mugilum labeones per æſtatem pariunt,*
grauceſcere uero menſe Decembri incipiunt, geruntq;
n. nat. an. 5. 5. *diebus tricenis.*[n] *Mugiles mares à piſcatore ſubdu-*
cuntur, quorum aſpectu fœminæ. congregantur, atq;
ita obretiuntur: uerſaq; uice mares capiuntur ſubdu-
ctis fœminis.

o. na. an. 6. 24 [o] *Mulus ſuperuenire coireq; incipit miſſis denti-*
bus primis, ſed ſeptennis implere poteſt. Etiam cum
Equa coniunctus ginnum procreauit, poſt deinde ſu-
peruenire non ſolet. Mula quoqũ iam facta graui-
da eſt, ſed non quo ad perficeret, atq; ederet prolem.

In terra

In terra Syria ſuper phœnicem Mulæ & coeunt, & pariunt omnes: ſed id genus diuerſum eſt, quanquam ſimile. Prodeunt quos ginnos uocant, ex equa, cum in gerendo utero ægrotauit, more pumilionum in ordine hominum, aut porcorum deprauatorum in genere ſuum, quos poſthumos appellant, & quidem ut pumilio, ſic ginnus modum ſuo genitali excedit. Vita mulis ad annos multos. Iam quidam, uel octogeſimum annum potuit agere, ut Athenis cum templum ædificaretur, qui quamuis dimiſſus iam munere per ſenectutem, Commeans tamen ac obiens iumenta exhortabatur ad opus. Serius fœmina ſeneſcit, quam mas. Nonnulli fœminam profluuio urinæ purgari aiunt. Marem olfactu urinæ prius ſeneſcere.[a] Huic a.nat.an.2.1.
dentes mutantur.[b] Mula gemellos peperit, quod pro b.na.an.6.22
oſtento accipitur.[c] Mulabus menſes nulli mouentur, c.na.an.6.18.
ſed earum urina craſſior, quàm marium eſt.[d] Mu- d.nat.an.1.1.
lum perpetuo eſſe cicurem, notum eſt.[e] Genus Mu- e.g.n.r.an.2. ulti.
lorum totum ſterile eſt. Mulus ex equo, & aſino gignitur. Euenit ut eorum corpora magna efficiantur; quoniam menſtruorum deceſſus ad corporis incremẽtum uertatur. Cumq; partus eorum annuus ſit, non modo concipiat, ſed etiam enutriat mula opus eſt quod fieri non poteſt ſine menſtruis. Huic autem menſtrua deſunt, ſed quantum inutile eſt, cum excre-

 mento

mento ueſicæ abigitur. Vnde fit, ne muli genitale fœminarum, ſed ipſum olfaciant excrementum. Reliquum in corporis incrementum et magnitudinem uertitur. Itaq; concipere quidem mula poteſt aliquando, ſed enutrire atq; in finem producere nõ poteſt. Mas generare interdum poteſt, quoniam & calidioris naturæ, quam fœmina eſt, & nihil corporis per coitũ confert ad generationem. Quod autem facit, ginnus

a.na.an.2.15 *eſt, quod mulus oblæſus eſt.* [a] *Felle carent.* [b] *His a*
b.nat.an.2.1. c.na.an.6.22 *capite ad ſummos armos uilli geruntur.* [c] *Lactare mulum ſemeſtre temporis ſpatium referunt, mox ſugi nõ pati: Vi nanque humorem trahi, & cum dolore.*
d.pa.an.3.12 [d] *Lien his eſt promiſcuus, partem enim alteram habet latam, alteram anguſtam.* [e] *Simplicem habent*
e.pa.an.3.14
f.na.an.8.8. *uentrem.* [f] *Fruge herbaq; ueſcuntur, ſed maxime potu pingueſcunt.*

Mulio. Vide Culex.

g.na.an.6.17 [g] *Mullus piſcis ſua oua limo committit, unde fit ut ſero pariat, diutius enim frigus continetur in limo.*
h.na.an.9.37 [h] *Carne alitur, nec uagatur aut oberrat. Viget au-*
i.na.an.8.13 *tumno.* [i] *Littoralis eſt. Maritimis etiam lacubus*
k.nat.an.9.2. *hunc gigni apertum eſt.* [k] *Gregalis eſt.* [l] *Huic ſuper*
l.na.an.2.ult. *ne circa uentriculum appendices exeunt, complures, parte enim altera plures exeunt, altera una tantum.*
m.na.an.8.2. [m] *Veſcitur & alga, & concha, & cœno.*

Muræna

[a] *Muræna omnibus anni temporibus parit, cuius* a.na.an.5.10
partus numeroſior eſt. [b] *His coitus circumplexu mu* b.nat.an.5.4.
tuo ſupinarum partium agitur. [c] *à Muræna congri* c.nat.an.9.2.
cauda abſcinditur. [d] *Et in littore & in alto uiuit.* d.na.an 8.13
[e] *Latet.* [f] *Nullas omnino habet pinnas. Branchias ha* e.na.an.8 15 f.na.an.2.13
bet quaternas utrinq; ſimplices. [g] *Carniuora tantum* g.nat.an.8.2.
eſt. [h] *Huic fel collectim inteſtinis commiſſum eſt.* h.na.an.2.15
[i] *Varia eſt, & infirmior Muro.* i.na.an.5.10

[k] *Murus piſcis, non idem quod Muræna eſt,* k.na.an.5.10
quippe cum muræna ſit uaria, atq; infirmior. Mu-
rus unicolor, & robuſtius: colore larici arbori ſimi
lis. Dentes etiam tam intus quam foris poſſidet.

[l] *Murex ſaxis adhæreſcit more patellarum. Ca-* l.nat.ani.4.4.
ro intus qua ori habitus.

[m] *Murinus piſcis, cui plurimum imbres nocent. fit* m.na.an.8.19
enim ut pluuijs multi ex his de facili excæcentur ſi mo
dum aqua exceſſerit.

[n] *Muſaquatilis, uel Teſtudo lutaria, in terra ſcro* n.na.an 5.33
be effoſſa dolij amplitudine parit oua, quæ deſerit ter
ra obruta, dieq; triceſimo repetit, refoſſaq; aperit,
fœtumq; continuo ducit in aquam. [o] *Humore ita gau* o.nat.an.8.2.
det, ut ne uiuere quidem diſcluſius ab aquæ natura ua
leat, & niſi aliquando ſpiret, interit. [p] *Inter cortice* p.na.an.8.17
intecta enumerandus eſt. Latet, ac ſenectutem exuit,
tum uere cum egreditur, tum etiam autumno. [q] *Lic-* q.na.an.2.15

a. pa. an. 3. 9. nem admodum exiguum habet. [a] Et Veſica & renibus caret: fit enim propter eius mollitudinem tegminis, ut humor facile diffletur, & ob eam cauſam neutram earum partium habet.

b. na. an. 6. ul. [b] *Murium generatio mirabilis præter cætera animalia maiorem in modum eſt, tum numero, tum celeritate. Iam enim fœmina prægnante in uaſe miliario aliquando occupata, paulò poſt reſerato uaſe, muſculi numero uiginti & cētum reperti ſunt. Mirum etiam percipimus ortum redundantis agreſtis murium generis. Locis enim compluribus agri, tam inaudito modo oriri ſolent, ut parum ex uniuerſo frumento relinquatur. Tam cito abſumitur, ut nonnulli mediocres agricolæ, cum pridie metendum ſtatuerint, poſtridie mane cum meſſoribus accedentes ad ſegetem, abſumptam inueniāt totam. Interitus autem minime euenit ratione, paucis enim diebus omnino abolentur, quanquam ſuperiore tempore homines uincere, uel ſuffiendo, uel ſues, ut latibula effoderent, admittendo, non poſſent. Quinetiam Vulpes eos uenantur, et Cati ſylueſtres in primis: ſed tamen ſuperare copiam, & celeritatem prouentus nequeunt: nec aliud quicquam omnium uincit, niſi imbres: ijs enim quam primum intereunt. Terræ perſicæ parte quadam mure fœmina reſciſſa, fœtus fœminini prægnantes comperiuntur.*

riuntur. Sunt qui uehementer confirment, mures, ſi ſalem lābant, impleri ſine coitu. Aegyptijs muribus prædurus, fere ut herinaceis, pilus eſt. Sunt etiam alij, qui erecti bipedes ambulent: habent enim crura poſteriora longa, priora breuia, ortus eorum quoq; numeroſus eſt.[a] In Arabia Mures multo ſoricibus auctiores, quibus crura priora, uel palmi menſura, poſteriora ad primum digiti nodum habentur. In Africa Mures cum in æſtate biberint, moriuntur.[b] A ſerpente quodam et Muſtela infeſtantur.[c] Hos etiam noctua uenatur.[d] Dentes habent non ſerratos, & lambendo bibunt.[e] Fel partim habent, partim non habent.[f] Mures pontici latent, pingueſcuntq; per id tempus uehementer.[g] Mures pontici, utrinq; dentati, ruminant.[h] Cor magnum habent proportione.[i] Domicilia ſibi parant.[k] Acetabula Vuluæ ſuis continent locis, dum partum gerunt.

a. na. an 8.28
b. nat. an. 9.7.
c. na. an. 9 34
d. nat. an 8.6.
e. pa. an. 4.2.
f. na. an. 8.17.
g. na. an. 9.50
h. par. an. 3.4.
i. nat. an. 1.1.
k. nat. an. 3.1.

[l] Mus Araneus, morſu iumenta inſectatur. l. na. an. 8.24.

[m] Muſca hyberno tempore coit, & ſerenis auſtriniſq; diebus naſcitur, ut pote quæ ſe abdere non ſolet.[n] Ex uermiculis fimi digeſti in partes gignuntur. Principium autem Vermiculorum ipſorum exiguum, eſt quod primum rubeſcit, atq; ex immobili quaſi hærens adhuc fibris moueri incipit: Mox uermiculus immobilis redditur, qui cum poſtea motus eſt, rurſus

m. na. an. 5.9.
n. na. an. 5.19.

ſus immobilis fit, demumq; generant muſcam, quæ fla
a.ge.an.1.18 tus aut ſolis beneficio moueatur. [a] Ex his gignuntur
quidem animalia, non ſimilis naturæ, ſed genus quod
b.nat.an.1.6. dam uermiculi. [b] Anteriore parte aculeum gerunt.
c.na.an.1.11. [c] Domicilium ſibi parant. [d] A Crabronibus capiun
d.na.an.9.42
e.nat.an.4.7. tur. [e] Quia his non in aluo aculeus eſt linguam uelut
arma gerunt, (nec dentes habent etiã) & ea ipſa per
tingentes, cruorẽ mouent. Pennas binas habent adne
f.par.an.4.6. xas [f] Pedes priores ideo longiores habent, ut quoniã
propter oculorum duritiam non exquiſite cernant, cru
ribus iis longioribus abſtergant incidentem moleſtiã
atq; arceant: ſemper enim prioribus cruribus uallant
g.na.an.8.11 & protegunt. [g] His guſtus omium ſaporum eſt. [h] Fo
h.pa.an.2 ul. ris enim gerunt uelut aculeum fungoſum et cauũ, ut eo
ſimul & guſtare, et cibũ trahere poſſint. [i] Cum uolãt
i.nat.an.4.9.
k.par.an.4.15. ſeſe attollunt, et contrahunt. [k] Muſcarũ genus dentes
l.nat.an.1.1. habent, quanquã diuerſos. [l] Ab araneis comeduntur
m.na.an.3.12 [m] Muſculus piſcis, pilos in ore intus habens uice
dentium, quibus omnino caret.
n.gen.an.3.6 [n] Muſtela ore non parit, ut nonnulli opinantur.
Hanc.n.modo cæterarũ quadrupedum uuluã habere
certum eſt: ſed quia paruos admodum parit, et ſæpe ca
tulos ſuos ore ſuſceptos trãsfert, fecit, ut ita opinaren
o.nat.an.9.6. tu. [o] Quoties dimicatura cum Serpẽte eſt, rutã come
dit. Prudenter capere aues uidetur, iugulat enim

quas

quas ceperit, ut Lupus ouem. Serpentem quoq; impugnat, cum præcipue qui mures perſequitur.[a] *Inimicus eſt cornicis, quippe qui eius oua & pullos uiolet.*[b] *Cor magnum proportione habet.* a.nat.an.9.1. b.par.an.3.4

[c] *Muſteli piſces, ex chartilagineis ſunt. Differunt mares a ſuis fœminis, eo quod maribus bina quædam circa excrementi oſtium pendent, quibus fœminæ carent.*[d] *Diſcrimen ergo inter ſe oſtendunt, quitum inter ſe, tum etiam à planis ratione uteri differũt. Nonnullis enim medio uuluæ circa ſpinam oua adhærent, ut Carniculis: quæ cum accreuerint, abſoluta feruntur per uuluam bifurcem, annexãq; ad præcordia. Habet eorum uulua paulo à præcordijs inferius, ueluti mammas albidas, quæ non niſi grauidis habentur. Muſteli autem leues uocati, oua per uuluam mediam geſtant, quæ poſtea in utrunq; uteri ſinum deſcendant. Mox animal gignitur umbilico hærente ad uuluam, ita ut ouo abſumpto, partus non aliter quam in quadrupede contineri uideatur. Adhæret Vmbelicus ille prolixus, capite altero ad partem uuluæ inferiorem, ueluti ex acetabulo annexus, altero ad medium fœtum, qua in parte Iecur eſt. Cibum ſi reſeces, fœtum ad oui ſimilitudinem uideris, etiam ſi nõ præterea ouum habeant. Secundæ membranæq; ſingulæ, fœtus ſingulos modo quadrupedum continent.* c.nat.an.5.5. d.na.an.6.10

Caput

Caput prolis in utero nouæ adhuc partem ſpectat ſu periorem: Auctioris iam & perfectioris inferiorem uerſus tranſfertur. Mares in læua, fœminæ in dextra ingenerantur. Atq; etiam parte eadem, una fœminæ & mares, uiſcera etiam fœtus habet, ut iecur: perinde atq; in quadrupedibus magna, cruentaq; reſecto cernuntur. fœtus ſuos & emittunt, & recipiunt intra ſeipſos. a. na. an. 6.11 *[a] Qui ex his ſtellares uocantur ſu perfœtant, & ferunt uterum menſibus complurimum ſenis, quippe qui menſe bis pariant. Initium autẽ coitus menſe Septembri eſt. Cæteri muſteli bis anno pariunt.* b. na. an. 2.13 *[b] Eorum lateribus adhærent branchiæ detectæ. Duplices habent pinnas, & quinas utrâq; ex parte.* c. na. an. 6.11. *[c] Ex his ſola canicula ſemel anno parit.* d. na. an. 6.10 *[d] Caniculas aliqui ab hinnulo Nebrios muſtelos appellãt fœtus rupta dilapſaq; illa teſta bis prouehiunt.* e. nat. an. 9.37 *[e] Muſteli in Euripo nequaquam gignuntur.* f. na. an. 2. ul. *[f] His appendicum agnatio eſt, ſuperneq; circa uentriculum exeunt, & complures.*

N

Naeuia Aquila. Vide Aquila.

[a] Natex, quę & Neritis uocatur, te- a.nat.an.4.4.
ſta eſt leui, ampla & rotunda forma buccinis proxima, papauere tum non nigro ut illa, ſed rubro. Teſtæ adnexum corpus medium eius firmiter eſt. Paſcitur mari tranquillo, abſoluta ſaxis. At quoties flatus urgent, Cancelli hoſpites illi ſeſe in ſaxa recipiunt, atq; latibulis tutantur: Natices ſaxis adhæreſcunt more patellarum, & muricum: nec niſi tegmine dimoto adhærent, quod uelut operculum ſibi poſsident. [b] Rimis, cauernisq; ſaxo- b.na.an.5.15.
rum generantur. Celeri incremento augentur. [c] Na- c.nat.an.4.8.
tices qui capiunt, non aduerſo flatu, ſed ſecundo adeunt, quoties eſca perſequuntur, nec uoce ulla, ſed ſilentio agunt, ut potè cum & olfaciant, & audiant, nec fieri poſſe aiunt, quin ſubterfugiant, ſi uox proferatur.

[d] Natrix piſcis, pedibus non innititur. [e] Huic fel d.nat.an.1.1. e.na.an.2.ult.
Iecori adnexum eſt.

[f] Nauta ex genere poliporum Conchis inditorũ. f.nat.an.4.1.
Teſta huic concaua, ſimplex tamen: nec ita deſtinata, ut ei inhæreat. Sæpius iuxta terram paſcitur, unde euenit, ut fluctibus iactatus in aridam elidatur

& teſta dilapſa nudus capitur, aut in terra animã
a.n.r.an.9.37 *extinguitur. Exiguo corpore conſtat.*[a] *Natura & uitæ muneribus ſingularis eſt: nauigat enim per ſumma maris elatus. De imo gurgite effert ſe concha inuerſa, ut aſcendere poſsit facilius, & iuuari ſcapha enauiget. Vbi uero emerſit, concham reuertit. Habet inter brachia ſua membranulam quandam annexam ſimilem iis, quæ digitis inſertæ palmipedum auium continentur, uerum illæ craſsiusculæ ſunt. Hæc prætenuis eſt, & araneæ ſpeciem imitatur. Hac uelificat cum aura inſpirat, Cirros pro gubernaculis utroq; demittit latere. Si quid metuerit, concham protinus mari replet, atq; ita demergit. De generatione incrementoq; eius conchæ, nil adhuc exploratum habeo: uidetur tamen non ex coitu gigni, ſed ſpõte prouenire. Nec uero an concha ſolutus uiuere poſſit, certum adhuc eſt.*

Necydalus, uide Bombiyx.

Neritis, Vide Natex.

Nitedula, Vide Cincindela.

b.nat.an.9.34 [b] *Noctua, noctu uenando cibum ſibi acqurit. Verum non tota nocte id facit, ſed Veſpertino, & matutino. Venatur autem mures, Lacertas, uerticillos,*
c.nat.an.8.3. *& eiuſmodi alias quaſdam beſtiolas.*[c] *Aduncis un*
d.nat.ani.9.1 *guibus eſt, & ſpecie ſimilis buboni.*[d] *Cum cornice*

diſsidet,

diſsidet, cornix enim meridie oua ſurripiens noctuæ, abſumit cum non clare interdiu Noctua cum uideat. Noctua contra, oua Cornicis noctu exedit: eſtq; altera interdiu altera noctu potentior. Item Noctua cum Orchilo: nam is quoq; oua exedit noctuæ: ſed die uel cæteræ auiculæ omnes noctuam nimirum circunuolant, aduolantesq; percutiunt: qua propter Aucupes ea conſtituta, Auicularum genera multa & uaria capiunt. Quinetiam qui rex auium appellatur, priuatas contra eandem inimicitiaas gerit. [a] Paucis qui- a.na.an.8.16.
busdam diebus latet. [b] Superiore palpebra conniuet. b.na.an.2.12
[c] Capitur intenta in altero aucupe, altero circuneun c.na.an.8.12.
te. [d] Huic gulæ pars interior paulo latior eſt. Infra d.na.an.2.ult.
que qua deſinit inteſtinum, appendices habet. [e] Lie- e.na an.2.15
nem habet uſqueadeo exiguum, ut propemodum ſenſum effugiat.

[f] Nymphæ, Apum, Crabronum, & Veſpa- f pa.an.2.15
rum Vermes ſunt.

O

[a] OCulata piſcis, Alga ueſcitur. a.nat.an.8.2.
[b] Oenantha auis, ac ſi Vitifloram dixe- b.na.an.9.49
ris, exortu Caniculæ abditur, occaſu uero apparet. Vitat enim interdum frigora, alias æſtũ.

Olor, Vide Cygnus.

a. nat. an. 9. 1. [a] *Orchilus, Auis, cum Noctua diſsidet, eiuſq; oua excedit.*

b. na. an. 5. 10 [b] *Orcinæ piſces, in alto fœtificant.*

c. na. an. 5. 19 [c] *Orſodagna, quæ & Mordella, ex Vermiculis Immutatis, qui in Braſicæ caule creantur, proueni.*

d. nat. an. 2. 1. [d] *Oryx, unicornis, idemq; biſulcus eſt.*

e. nat. an. 8. 32 [e] *Oſsifraga, auis Aquila maior, colorem habẽs*
f. na. an. 9. 34 *ex cinere albicantem. Carniuora eſt.* [f] *Probe fœtificat & uiuit. Cœnæ gerula, & benigna eſt. Nutricat bene & ſuos pullos, & aquilæ. Cum enim illa ſuos nido eiecerit, hæc recipit eos, ac educat benigne, et tuetur, et alit: dum quantum ſatis ſit adoleſcãt*

Oſſollis, Vide Bolitæna.

Otus, Vide Aſio, & Coturnix.

g. na. an. 6. 19 [g] *Oues terno aut quaterno coitu implentur: & ſi a coitu imber acceſsit, abortũ infert. Pariunt maxima ex parte ſingulos, ſed aliquãdo et binos, et ternos, et quaternos, unde ſit ut locis nõnullis, quibus cœli clemẽtia, et pabuli copia eſt, bis pariant. Vita ouibus ad denos cõplurimum annos, ſed magna ex parte ad paucio res, duces pecoris tamẽ, uel ad quindenos protrahunt uitam. Singulis ouilibus ſinguli duces conſtituuntur: qui quoties ſuo nomine a paſtore uocantur, antecedunt: quod ab incunte ætate fuerẽ aſſueſcunt.*

Oues.

Oues Aethiopicæ, uel ad duodecim et tredecim annos uitam agunt. Coeunt quandiu uiuunt. Pariunt geminos, tum pabuli beneficio, tum ſi pater aut mater, uim eam geminandi per naturam obtineat. Mares autem aut fœminæ generantur, ui tum aquarum, tum admiſſariorum. Adhæc, aquilonis flatu mares potius concipiuntur, auſtri fœminæ. Spectare ad aquilonem oportet cum coeunt fœminæ. Quæ mane iniri ſolent, marem, ſi uero diei admiſeris, non patiuntur. Candidi nigriue efficiuntur fœtus, ſi ſub lingua arietis uenæ nigræ aut candide habentur. Cuius enim coloris ſunt uenæ, eiusdem & uellus eſt. Varium etiam, ſi plures uenarum colores ſunt. Quæ aquam ſaliuſculam bibunt, maturius coeunt, nec ſolum ante coitum, ſed etiam a coitu ſaliendum eſt, atq; etiam uerno tempore. In grege ouium, ſi maiores natu tempeſtiue libidine incitantur: annum eſſe fœlicem gregi paſtores confirmant: ſed ſi minores, infœlicem. [a] Annículæ coeunt, atq; uterum ferunt. Parere uſq; a. na. an. 5. 14 *ad annum octauum poſſunt, & ſi bene curentur, uel in undecimum facultas pariendi protrahitur.[b] Genus* b. nat. an. 9. 3. *ouile amens, et moribus ſtultiſſimis eſt, quippe quod omnium quadrupedum ineptiſſimum ſit. Repit in deſerta ſine cauſa, hyeme obſtante ipſum ſæpe egreditur ſtabulo: Occupatum a Niue, niſi paſtor compu-*

lerit

lerit, abire non uult, ſed perit deſiſtens, niſi mares à paſtore ducantur: ita enim reliquus grex conſequitur. Cubant difficilius quam Capræ, ſed frigoris patientiores. Docent paſtores ſuas oues gregari, facto ſtrepitu: Nam ſi cum tenuerit aliqua relinquatur quæ non cucurrerit, abortum, ſi eſt grauida, facit: unde fit ut ſi quem domi ſtrepitum moueris, omnes concurrant propter conſuetudinem, cubant uniuer
a.na.an.8.28. *ſæ per cognationem.* [a] *In Aegypto oues maiores ſunt quam in Græcia, cuius rei cauſam attribuunt ci*
b.nat.an.9.6. *bo, qui alijs large, alijs parce ſit.* [b] *A Lupis iugu*
c.na.an.8.10. *lantur.* [c] *Herba ueſcuntur, & paſcere ſedulæ atq; ſtabiles ſolent pingueſcit ouis potiſſimum ex potu: quamobrem æſtate ſalem dare die quinto ſoliti ſunt, ſingulis centenis ſingulos modios: ſic enim pecus incolume, atq; pinguius redditur. Frequens igitur ſalis uſus eo pertinet, quando & paleis copiam ſalis admiſcent, ut ſitibundæ plus aquæ hauriant: & autumno cucurbitam ſale contactam afferunt: quod lac etiam auget, et agitatæ quoq; meridie, plus poſt meridianis bibunt. Fœtis diſtenta ubera pendent, quibus ſalis abunde eſt. Opimat pecus olea, oleaſter, aphaca, palea, herba: quæ omnia efficaciora ſunt ex ſalſugine reſperſa, pingueſcunt & hæc plenior præfatigata inedia triduo. Aqua ouibus autumno cõmodior aquilonia,*

quam

quam auſtrina eſt, & paſcua ad ſolis occaſum ſpectantia proſunt, intinera & labores extenuant. Indicant paſtores ouem ualidiorem, cum hybernis temporibus pruinam, quam ſuſceperit, ſeruat. Nam quibus uirium minus, parum præ ſua imbecillitate cōſtantes, diſcutiunt ſuo motu quantum ſuſceperint; ualent melius quam Capræ, ſed non tam robuſtæ. Ouium quas Lupus occiderit, pelles, ac uellera, & facta ex ijs ueſtis, longe quam cætera aptiora ſunt ad pediculos procreandos.[a] *Si grauidæ glandem copioſius ederint, abortum faciunt.*[b] *Fœminæ craſſiorem reddunt, urinam, quam mares. Pingueſcunt cum gerunt partum, eduntq; amplius. Oui menſtrua tempore coeundi indicantur, quod idem poſt coitum etiam fit ad tempus, Mox deſiſtit donec parturiant, tum denuo indicatur: quare paſtores proximum eſſe partum intelligunt. A partu autem purgatio ſequitur abunde: primum leuiter cruenta, poſtmodum ualde.*[c] *In Epiro ſunt oues pyrrhicæ, à Pyrrho rege ita cognominatæ egregia magnitudine. Edurat diu lac ijs, ſi non coeant, nec paſtu careant copioſo: quippe quibus mulctra menſium octo ſpatio continetur.*[d] *Homines uſu periti, totidem fere morbis, ouem infeſtari, quot hominem referunt.*[e] *Oues Sauromaticæ duro ſunt pilo, Scithæ autem molli.*[f] *Ouis lienem habent rotundum.*

a. na. an. 8. 21
b. na. an. 6. 18
c. na. an. 3. 21
d. na. an. 8. 24
e. gen. an. 3. 3.
f. par. an. 3. 12.

a.na.an.3.17 *dum.* [a] *Harum iura concreſcunt, Cerebrumq; ſeuo*
ſqualidiuſculum ſentitur. Quia autem ſeuo pingue-
ſcunt, magis quàm quæ adipe in renibus opimandis lu
xuriant, quippe quæ renibus pingui undiq; obductis
intereant, quod ubertate pabuli fit, ut in Sicilia agro
Leontino fieri cōſtat. Quocirca ſero diei agere oues
ad paſcua paſtores loci illius ſolent, quo minus capiāt
b.na.an.5.31 *pabuli.* [b] *Rediuos habent, pediculis uacant.* [c] *Ru-*
c.na.an.9.50. *mināt, ut pote quæ ſuperiore dentium ordine careāt.*
d.na.an.4.10 [d] *Has ſomniare palam eſt.* [e] *Et urbanæ & ſylueſtres*
e.par.an.1.3. f.na.an.8.28. *reperiuntur.* [f] *In Syria oues ſunt cauda lata ad cubiti*
g.nat.an.2.1. *menſuram.* [g] *Ouis biſulca eſt, forcipem enim pro un-*
gula habet. Binas inter femora habet mammas, toti-
h.nat.an.2.3. *demq; papillas.* [h] *Maribus dentes plures quàm fœmi*
i.nat.an.4.9. *nis ſunt.* [i] *Voces habent proprias ad initum & uene*
k.gen.an.5.1 *reum coitum* [k] *Oculos habent equinos.* [l] *Pars earum*
l.par.an.4.2. *maxima habet fel, & quidem terris quibuſdam adeo*
large, ut exuperantia prodigij loco habeatur, ut in
Naxo: ſed aliis quibuſdam locis omnino careat, ut
m.pa.an.3.14 *apud chalcidem Euboicam parte quadam agri.* [m] *Sin*
gulæ plures habent uentres, ut cum officium oris non
ſatis in molendo cibo adhibetur, propter inopiam dē
tium, munus uentrium expleat.

Pagurus

P

PAgurus, Vide Cancer.
Palumbarius Accipiter, uide Accipiter.

[a] Palumbes inter Columbaceum, genus maximo a.na.an.5.13
Corpore eſt. [b] fœmina incubat a pomeridiano inci b.na.an.6.8.
piens, totaq; nocte, & uſq; ad tempus ientaculi per
ſeuerans. Reliquo tempore munus idem mas ſubit.
[c] Bina, & ſemel anno parit. [d] Complurimum terna c.nat.an.6.1.
parit, & uere, nec plusquam bis: atq; ita, ſi prior d.nat.an.6.4.
fœtus corruptus eſt. Hos trimeſtres coire, fœtificareq;
aliqui referunt; argumento quod larga eorum copia
eſt. Gerunt uterum decem & quatuor diebus, ac
totidem alijs incubant, & totidem alij fœtus ita uolucer
fit, atq; perficitur, ut uix poſſit apprehendi. Vita
palumbiũ, uel ad quadraginta annos durare exiſtimatur.
[e] Imperfectos et cæcos pariunt pullos.. [f] Pro- e.gen.an.4.78
priũ palumbium eſſe uidetur, ut nec collum cũbibunt f.nat.an.9.6.
reſupinent, niſi ſatis hauſerint. Mare uno contenta
uiuit nec alterum recipit. uita his longa, nam ad uigeſimum
quintum, & trigeſimum annum protrahitur.
Aetate autem prouectis, Vngues accreſcunt,
quos recidere ſolent, qui alunt. Nil quo lædantur
aperte, aliud his ſeneſcentibus accidit. [g] Camporum g.nat.na.1.16

a.na.an.8.16 *incolæ ſunt*[a] *Palumborum aliqui latent, aliqui non*
b.na.an.8.12 *latent, ſed cũ hirundinibus abeuntes.*[b] *Diſcẽdunt, nec hybernare apud nos patiuntur. Volãt gregatim cum*
c.na.an.9.49 *accedunt, & cum ſuo tempore abeunt.*[c] *Palumbes hyeme nõ gemit, niſi quod aliquãdo ex aſperrima hyeme placidum tẽpus ſucceßiſſet, gemuerit: quod apud*
d.na.an.8.18 *peritos in admiratione habitum eſt. Cæterum ineunte uere, gemere incipit.*[d] *His ſqualores præcipue proſunt, tum ad cæteram ſanitatem, tum etiam ad par-*
e.na.an.2.ult. *tum.*[e] *Ingluuiem habent uentriculo præpoſitam.*[f] *Ho-*
f.na.an.6.7. *rum nidos præcipue cuculus petit, quorum & ipſo-*
g.nat.an.3.1. *rum oua eſu abſumens, ſua relinquit.*[g] *Cum uenerẽ exercent, inſigni tantiſper magnitudine teſtes augentur, Hybernisq; menſibus ne ullos quidem in ijs habe-*
h.na.an.8.3. *ri nonnulli arbitrantur.*[h] *Frugibus uiuunt, ſemperq; uiſuntur.*

[i] *Pãthera, perpetuo fera eſt*[k] *Varia eſt genere.*
i.na.an.1.1. k.ge.an.5.6. [l] *Dentes ſerratos habet.*[m] *Cum uenenum parda-*
l.nat.an.2.1. m.na.an.9.6. *liancbes dictum ab angore ederit: quo Leones etiã intereunt, ſtercus hominis quærit: eo enim ipſe iuuantur. Quocirca uenatores ſtercus ibi propinquum ſuſpendunt ex arbore aliqua, ne procul bellua abeat, petens ſuum medicamentum. Itaq; inſiliens ibidem, et ſpe capiendi perſeuerans, in ſe efferenda emoritur. Eandem ſeſe abſcondentem, uenari ferunt, propte-*

rea quòd ſuo odore belluas delectari intelligat pro-
pius enim ita accedunt, quas corripiat. [a] Fœmina ma- a.nat.an.5.1
re animoſior, eſt. [b] Cor magnum proportione ha- b.par.an.3.4.
bet. [c] Pedes priores quinis diſtinctos digitis habet, po c.pa.an.4.10
ſteriores quaternis. [d] In Aſia potius reperiuntur. d.na.an.8.28.
[e] Quaternas uentre medio gerunt mammas. e.nat.an.2.1.

[f] Papaueres piſces gregales. f.nat.an.9.2.

[g] Papiliones, ex Erucis naſcuntur. Temporeq; g.na.an.5.19
putamine abrupto euolant. [h] Ex his gignuntur anima h.ge.an.1.18
lia non ſimilis naturæ, ſed genus quoddam uermiculi.
[i] His antennæ ante oculos prætenduntur. [k] Papilio i.nat.an.4.7. k.na.an.5.19
num genus quoddam eſt, uermem non faciens, ſed
durum quiddam ſimile Cartamo, id eſt, Cnici ſemi-
ni, ſed intus fluidum.

[l] Paradalus Auicula quædam perhibetur, quæ l.nat.an.9.23
magna ex parte gregatim uolat, nec ſingularem hanc
uideris. Colore tota cinereo eſt, magnitudine proxi
ma Turturi, ſed uocem frequentem, nec grauẽ emit-
tit: & pennis ac pedibus bonis eſt, ſemper apparet.

[m] Pardus, Animal eſt maculis diſtinctum. m.na.an.2.11

[n] Parus auis eſt, cuius tria ſunt genera: fringilla n.nat.an.8.3.
go, quæ maior eſt, quippe quæ fringillam æquet.
Alter Monticola cognomine eſt, quoniam in mon-
tibus degat, cui cauda longior. Tertius magnitudi-
ne ſui exigui corporis diſcrepat, quanquam cætera

 ſimilis

ris eſt. Non ſolum admotis ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitis, modo cauda impedimento nullo ob craſsitudinem ſit, coeunt,[a] Gignunt animal cum intra ſe oua pepererint.[b] Ex pela gicis ſunt.[c] Pinnis carent, ſuaq; ipſa latitudine natãt [d] Dum piſces alios uenantur, ſeipſas occultant.[e] Recipere prolem non poſſunt, propter caudæ aſperitatem.[f] Cauda his ſpina conſtat, & longa eſt: incrementum .n. eius partis ad piſcis latitudinem tranſit.

a. na.an.6.11
b. na.an.8.13
c. nat.an.1.5
d. na.an.9.37
e. na.an.6.10.
f. pa.an.4.13

[g] Patella, alteram partem ſuperficiei detectam habet, qua carnem oſtendit.[h] Abſolui ſolet, alioq; tranſire.[i] Rimis cauerniſq; ſaxorum generantur, patellæ.[k] In imo papauer habent. Patellæ fere quam marinam aurem quidam appellarunt, excrementi exitus parte ima teſtæ excernitur, qua foramina habentur. Saxis adhœreſcunt.

g. nat.an.4.4.
h. na.an.5.16.
i. na.an.5.15.
k. nat.an.4.4.

[l] Pauo Auis Inuida, & ornatus, & polituræ ſtudioſa.[m] Genere uarius eſt.[n] Viuit annos Viginti quinque. Parit maxime a trimatu, & colores pennarum uarios recipit, Excludit diebus tricenis, aut paulo tardius. Semel tantumodo anno parit oua duodecim, aut paulo pauciora: Nec continuatis diebus, ſed binis ternis ue interpoſitis. Primiparæ octona maxime edunt. Irrita & ſubuentanea illa pauones etiam pariunt. Coeunt uere, & partus breui a coitu

l. nat.an.1.1.
m. gen.an.6.6.
n. nat.an.6.9.

agitur

agitur. Amittit pennas cum primis arborum frondibus; Recipit cum germine earundem. Gallinis ſubijciunt Iucubanda oua pauonia: Quoniam mas, dũ fœmina incubat, ad uolans ea frangat.

a. par.an.4.5 *[a] Pectines ex genere biualui ſunt, & ſe concluden*
b. na.an.5.15 *do tuentur.[b] Latent aliquandiu in arena. Locis are-*
c. na.an.8.30. *noſis ſui ortus initia capiunt. [c] Tunc optimæ ſunt,*
d. na.an.9.37 *cum grauidæ.[d] Generis teſtati & expedis pecten po*
e. nat.an.4.4. *tiſsimum plurimumq; ſe mouent uolatu. [e] De ferra-*
f. na.an.8.13. *mento quo capiuntur ſæpe exiliunt. [f] Seceſſu condun-*
g. par.an.4.7. *tur Canis exortu, dies circiter tricenos.[g] Reſeratiles*
h. na.an.8.20 *ſunt: ab altero enim latere nodo ligantur. [h] Propter*
ſqualorem pectines magis trahunt ruffum colorem. Iã
in Pyrrheo Euripo pectines aliquando defuerunt, nõ
modo propter ferramentum, quo piſcatores abraden
do ubertim caperent: Verum etiam propter ſiccita-
i. nat.an.4.8. *tes.[i] Admoto digito dehiſcunt, mox comprimunt ſe,*
k. nat.an.4.9. *ut cernentes. [k] Quoties per ſumma humoris nitibun*
di feruntur, quod uolitare dicunt, ſtridere ſentiun-
l. ge.anĩ 3. ult. *tur.[l] Id quod ouum uocatur, non ſemper, ſed uere ha*
bent, Mox enim tempore procedente minuitur, de-
mumq; totum abolетur: Tempus hoc enim prodeſt eo
m. par.an.4.5 *rum corporibus. [m] Altero latere ſuæ oræ id habẽt.*
n. nat.an.4.4. *[n] Pectunculus teſtam habet pectinatim diuiſam.*
Parte altera ligata, altera ſoluta conſtat, ut & con

cludi

cludi poſsit, & aperiri.[a] *Corroditur a genere quodam urticæ.*[b] *In his Caneri colore albido, corpore admodum parui, naſcuntur.* a.nat.an.4.6. b.na.an.5.15

[c] *Pediculus carnis uiuæ humore alitur, & per coitum generant ea quæ lendes uocantur, ex quibus nil præterea naſcitur. Pediculi ex Carne, quibus futuris emergunt ceu puſtulæ quædam ſine pure exiguæ quas ſi pungas pediculi exeunt. Accidit morbus hic nonnullis hominibus præ nimio corporis humore, & quidem aliquos fœditate obijſſe proditum eſt, ut Alcmonem poetã, & Pherecydem Syrium. Quibuſdam item morborum generibus copia naſcitur pediculorum. Genus pediculi ferum uocatum eſt, durius eo quod magna ex parte prouenit, & corpori detrahitur difficilius. Pueris pediculi in Capillo magis, uiris minus. Omnino fœminæ magis quam mares pediculum ſentiunt, Minus laborant eorum capita, quibus pediculus in capillo eſt. Quin & ex cæteris animalibus complura pediculo infeſtantur: ut aues, & phaſianæ quidem intereunt, niſi ſe puluerent. Omnino quibus penna caule conſtat, ijs pediculus gignitur. Genus unum quodq; pediculi ex corpore ipſo ſui animalis enaſcitur. Proueniunt Largius mutatione aquarum, quibus lauare ſe ſolent ea, quorum natura pediculum patitur. In mari etiam piſces hoc malũ* c.na.an.5.31.

infeſtat,

& aquilarum iniuriam deuitare poſſit, oua edit & incubat. Mox cum excluſerit, protinus pullos educit, propterea quod nequit ſuo uolatu ijs cibum adminiſtrare. Refouet ſuos pullos ſub ſe ipſa, ducendo more gallinæ, nec eodem in loco & parit et incubat, ne quis locum percipiat longioris temporis mora. Cum ad nidum quis uenando acceſſerit, prouoluit ſeſe ante pedes uenantis, quaſi iã poſſit capi, atq; ita allicit ad ſe capiendam hominem, couſq; dum pulli effugiant. Tum ipſa auolat, & reuocat prolem. Parit oua nõ pauciora quam decem, ſed ſæpius ſedecim. Malitioſa aſtuta auis hoc eſt. Secernuntur uerno tempore de grege per cantum & pugnam, coniungatim mares cum fœminis, quacunq; ſibi quisq; forte acceperit. Oua mares quæ compererint, peruoluunt & frangunt præ ſua ſalacitate, ne fœmina incubet. Quod ne accidat, fœmina emoliens, clanculum diffugiens parit, Sed fit ſæpius, ut præ turgore parturiendi, quolibet loco edat, & mare præſenti. Verum ut oua ſeruentur, nunquam ex eo quo peperit loco diſcedit. Et ſi ab homine uiſa eſt, ita ſe ab ouis aſtute qnemadmodum a pullis ſubſtrahit, Labans ante hominis pedes, dum dimoueat. Sed cum diffugerit fœmina ut incubet, mares tumultuant, clamitant, pugnamq; inter ſe conſerunt, quos cœlibes uocant. Qui autem uictus in pu-

gna fuerit; ſequitur, uictoris uenerem paulus, nec ab alio, niſi a ſuo uictore ſubigitur. Sed ſi a comite principis, aut quouis uulgari uincatur, clam a principe ac furto ſubigitur. Verum hoc non ita fieri ſemper, ſed certo tempore anni, planum eſt. Perdices manſueti iam & domeſtici ſubigunt feros, & ſpernunt, contumelioseq; tractant. Perdicem uenatorem Dux ſylueſtrium primus inuadit, pugnamq; obuiam conſerit, quo capto compage, alter occurrit, tum alius, atque ita ſingulis dimicatur, ſi mas ſit, qui uenatur. Sed ſi fœmina eſt, ubi dux ad eius uocem occurrerit, Cæteræ uniuerſæ eum inuadunt, feriunt, fugant ab ea fœmina; Inuidentes quod non ſibi ſed illi acceſſerit. Hic tacitus ob eam rem ſæpe accedit, ne uoce percepta oppugnetur. Nonnunquam marem adeuntem efficere, ut fœmina obmuteſcat, ne re cognita pugnare cũ cæteris maribus cogatur, periti referunt. Perdices non modo canunt, uerum etiam ſtrident, & uoces alias quasdam emittunt. Sæpe & fœmina incubans exurgit, cum marem fœminæ uenatrici attendere ſenſerit: occurrenſq; ſe ipſa præbet libidini maris, ut ſatiatus negligat uenatricem. Vſqueadeo copia libidinis gaudent, ut in accupantes corruant, & ſæpenumero ca-
a nat. an. 6. 8. *pitibus eorum reſidant.* [a] *Bina ouorum receptacula faciunt, in altero fœmina incubat, in altero mas; ex-*

cluditq;

cluditq; ſua uterq; , & educat. Pulli etiam ipſi ſub iunguntur a mare ſtatim cum procedunt.[a] Vbi ſit per dix, non ſunt Limaces: omnes enim ab ea eduntur. a.na.an.9 37

[b] Pulueratrix eſt. b.na.an.9 49 *[c] Perdicum alij caccabat, alij ſtri dent.* c.na.an.4.9. *[d] Cum auibus alijs etiam coeunt.* d.ger.an.2.5 *[e] Si aduerſæ maribus ſteterint, uentuſq; inde afflet ubi mares ſtãt, concipiunt & maritantur.* e.nat.an.5.5. *Plerumq; etiam uoce ma rium utero ingraueſcunt ſi geſtiunt, ac libidine tur gent. Volatu quoq; ſuperne marium effici idem po teſt, uidelicet dum mas ipſe in fœminam fœtificum ſpiritum demittit ore hiante, exertaq; lingua, & ma res & fœminæ coeunt.* *[f] His uentriculo ingluuies præpoſita eſt: habentq; appendices non ſupra, ſed infra qua deſinit inteſtinum.* f.na.an.2.ul. *[g] Cum uenerem exercẽt, eorum teſtes inſigni tantiſper magnitudine augentur: hybernis uero menſibus nullos quidem teſtes in ijs ha beri nonnulli arbitrantur.* g.nat.an.3.1. *[h] Olfactum his eſſe exquiſi tum creditur.* h.nat.an.6.2. *[i] Perdicum oua alba ſunt* i.nat.an 6.2. *[k] His uita ad quinq; & uiginti annos.* k.nat.an.9.7

Pernix; Vide Accipiter.

[l] Phage piſcis. Maxime infeſtatur algore pro pter lapidem quem in capite habet: facit enim lapi dis rigor, ut per algorem geletur & excidat. l.na.an.8.19.

Phalangium, Vide Araneus.

[m] Phalaris Auis, circa lacus & amnes uerſatur. m.na.an.8.3.

a.nat.an.5.31 [a] *Phaſianus Auis, pediculis infeſtatur, & quidem interit, niſi ſepulueret.* [b] *Phaſianorum oua punctis diſtincta ſunt.*

b.nat.an.6.2.

c.nat.an.6.12 [c] *Phocæna naſcitur in ponto, Delphino ſimilis, ſed minor eſt, & dorſo ampliore, coloreq; cæruleo. Tirſio uocatur. Binos cõplurimum, magnaq; ex parte uel ſingulos procreat. Lac etiam habet, quo ſuos nutrit fœtus, Geſtatq; eoſdem infirmos infantia.*

d.nat.an.9.18 [d] *Phoix Auis, cui peculiare præ cæteris eſt, ut oculos potiſſimum appetat. Inimica eſt harpæ, uictus enim earum ſimilis eſt.*

e.nat.an.9.37 [e] *Pholis piſcis, mucorem quem emittit, ſibi obducit, ita ut in eo quaſi cubili quieſcat.*

f.nat.an.6.13. [f] *Phoxinus piſcis fluuiatilis, qui ſtatim cum natus eſt, & admodum paruus adhuc, oua habet.* [g] *Semel edit oua in ſtagnis fluuiorum, & arundinetis lacuũ.*

g.nat.an.6.14

h.nat.an.9.13 [h] *Pica nidum ſibi ex alo herba euulſo ſtirpitus facit, eiq; interiora ex uillo & lana conſternit.* [i] *Ab Alucone & Vlula infeſtatur.* [k] *Imperfectos & cæcos parit pullos, cunq; parua ſit corpore, multos tamen progenerat.* [l] *Voces plurimas commutat: ſingulis enim fere diebus diuerſam emittit uocem. Parit oua circiter nouem numero. Nidum in arboribus facit ex pilis & lana. Glandes, cum deficiunt, colligit, & in repoſitorio abditas reſeruat.*

i.nat.an.8.3.

k.gen.an.4.6

l.nat.an.9.13

Picus

[a] *Picus Martius, idem quod pipo. Eſt maior & minor. Similes inter ſe ſunt: uocemq; ſimilem emittunt, ſed maiorem qui maior eſt. Paſcuntur ad maceriem aduolantes.* [b] *Picus martius humi nunquam conſiſtere patitur. Tundit quercus uermium & culicum cauſa, quo exeant: recipit enim egreſſos lingua ſua, quam maiuſculam & latiuſculam habet. Scandit per arborem omnibus. Nam uel reſupinus more ſtellionum ingreditur, Vngues etiam habet cõmodiores quam monedula, ad tutiorem arborum reptationẽ: his enim affixis aſcendit. Huius ſunt tria genera. Vnum minus quam merula, cui rubidæ aliquid plumæ ineſt. Alterum maius quam merula. Tertium non multo minus quam gallina. Nidulantur in arboribus, cum alijs, tum aleis. Paſcitur formicis & coſsis. Cum coſſos uenatur, tam uehementer excauare, ut ſternat arbores, dicitur. Iam uero miteſcens quidam amygdalum, quod rimæ inſeruiſſet ligni, ut fixum conſtanter ictum reciperet: tertio ictu pertudit, & nucleum edit* [c]. *Crure breui eſt.*

[d] *Piſex Auis, cuius amici ſunt Miluus et barpa.*

Picarcus, Vide Aquila.

Piger, Vide Ardeola.

Pilare, Vide Turdus.

Pinnothera, Vide Cancer.

a. nat. an. 8. 5
b. nat. an. 9. 9.
c. na. an. 9. 21
d. nat. an. 9. 1.

a.na.an.5.16. [a] *Pinnothera Beſtiola aranei ſimilis, in cubilibus ſpongiarum naſcitur, ibiq; degit: & apiendo, claudendoq; piſciculos capit. Aperit antequam ingrediantur: Claudit & contrahit cum ingreſſi ſunt.*

Pipo, Vide prius Martius.

Planga, Vide Aquila.

b.na.an.9.10 [b] *Platea fluuiatilis Concas maiuſculas leuesq; deuorat: quas ubi ſua ingluuie coxerit, euomit, ut hiantibus iam, legat, teſtis exuens, atq; edat.*

c.na.an.8.12. [c] *Platea Auis gregalis.* [d] *Migrant hæ, & de*
d.na.an.8.12. *ſtrymone amne ad Iſtrum aduolant, prolemq; ibi faciunt. Abeunt uniuerſæ, ac priores expectant poſteriores: Propterea quod ubi montem ſuperarint, uideri priores a poſterioribus nequeant.*

e.na.an.5.12 [e] *Polypus piſcis, hyberno tempore coit, uerno parit. Latet circiter menſes duos. Ouum ueluti cirrū edit, fructui populi albæ ſimile. Perquam fœcundum hoc animal eſt, nam de eo quod ediderit, copia innumera prouenit. Diſcrepat mas a fœmina, eo quod capite eſt productiore, & quod genitale piſcatores appellant, albidum ſuo in brachio continet. Fouet oua quæ ediderit: quamobrem deterrimi tantiſper efficiuntur: haud enim in paſtum prodire patiuntur.* [f] *In*
f.nat.an.9 37 *Euripo non gignitur. Atramentum præmetu mittit, ſed accreſcit denuo poſtquam miſerit, ut nunquā*

copia

copia deſit attramenti. Futuus quidem eſt, cum ad manum demiſſam hominis accedit: ſed prudens rei familiaris, cum omnia colligat, & ſuo in domicilio recondat: Cumq; conſumpſerit quantum utile ſit, abigit teſtas, & Cancrorum cruſtas, & putamina conchularum, & ſpinas piſciculorum. Sui etiam mutatione coloris piſces uenatur, Trahit enim ſibi colorem ſimilem ijs, quibus appropinquarit ſaxis, quod idem etiam cum metuerit, facit. Genus Polyporum magna ex parte biennio uiuere non poteſt: Sua enim natura tabi obnoxium eſt. Cuius rei indicium, compreſſus Polypus, aliquid ſubinde humoris emittat, demumq; abſumatur totus quod fœminis a partu potiſsimum incidit, Stupent etiam fœminæ, ut neq; undis iactatæ ſentiant, & manu urinantis de facili capiantur. Sordeſcunt etiam, nec præterea aſsidendo uenari poſſunt. Mares uero alueo tument, & in mucorem lenteſcunt. Indicium ne bimatum compleāt eſſe uidetur, quod ab ortu eorum, qui æſtate fit, ad autumnum non facile grandem Polypum uideris, Cum paulo ante id tempus prægrandes ſpectentur. A partu ita ſeneſcere debilitariq; tam marem quam fœminam ferunt, ut uel a piſciculis deuorentur, & facile a ſuis detrahantur cubilibus, Cum antea nihil tale uſu ijs eueniat. Tum uero paruos, nouellosq; quāuis

recens

recens natos, tamen nullo eiuſmodi malo affici narrant, quinimo ualidiores eſſe quam grandes confirmant, Mollium unus Polypus exit in ſiccum, graditur per aſperiora, uitat læuia. Validum cum cæteris ſuis partibus hoc animal ſit, collo tamẽ imbecille cum premitur, eſt. a.na.an.4.1. a *Suis brachijs, ut pedibus ac manibus utitur: quippe qui duobus ſupra os poſitis cibum admoueat. Vltimo uero quod & acutius, & ſolum albicans eſt, & parte ſui extrema bifurcatum, dorſoq; adnexum. Dorſum autem partem leuem appellant, a qua acetabulorum ordo inchoatur. hoc ultimo, inquam, brachio in coitu utitur. Fiſtulam idẽ ante alueum poſitam ſupra brachia gerit cauam, qua mare tranſmittit, quantum ſuo admiſerit alueo, quoties aliquid ore capit: eamq; modo in dexteram partem transfert, modo in ſiniſtram. Hac eadem fiſtula ſuum quoq; attramentum fundere aſſolet. Natat obliquus, pedes in eam porrigens partem, quod capitis nomine appellatum eſt. Atq; ita efficitur, ut cum natat, proſpiciat in aduerſum (nam oculi ſupra ſunt conſtituti) & os habeat ex aduerſo. Caput illud Polypis quandiu uiuunt, prædurum, & quaſi inflatum eſt. Targunt at tenent brachijs ſupinis, membranaq́; interiectam totam extendunt. In arenam tũ elapſis facultas apprehendendi, retinendiq; nulla eſt.*

eſt. Alueum habẽt paruum, & crura prælonga. Eorum brachiá in bina augeri cubita notum eſt, atq; etiã plus magnitudinis capiunt. Nil ſolidum intus, ſed caput chartilagine prope conſtant, què ſeneſcentibus maiorem in modum indureſcit. Differunt fœminæ a maribus, quia in mare meatus ille ſubditus gulæ a cerebello in ima aluei pertendit, idq; ipſum ad quod fertur, ſpeciẽ maximæ imitatur. In fœmina duplex idem illud, ſupraq; habetur. Vtroq; tã ĩ ſexu corpuſcula quædam rubentia parti eiusmodi ſubiuncta ſpectãtur. Ouum polypi Vnum incomptum foris, & grande: intus humorem candicantem concolorem totum, atq; æquabilem continẽs, Tanta eſt eius oui Vbertas, ut Vas, impleat amplius capite polypi ipſius, Polyporum genera plura ſunt. Eſt enim quod, & conſpectius, & maximum eſt, cuius terreni maiores quam pelagij sũt, & quod corpore exiguo Varioq; eſt, cibo ineptum. Et quod Eledonam uocant, crurum prolixitate diuerſum, & quod Vnum ex mollium numero ſimplicẽ acetabulorum ordinem agat: Cætera namq; omnia dupli ci calculantur. Ad hæc quod alij bolitænam, alij oſſolem appellant. Duo item Viſuntur genera conchis indita, quorũ alterum nautam aliqui Vocant, alterũ pompilum ſiue ouum polypi. Teſta iis ut pectunculis concaua, ſimplex tamen, nec ita deſtinata, ut ei inhærcant.

ſæpius ij iuxta terram paſcuntur: Vnde euenit, ut flu-
ctibus iactati in aridam elidantur, & teſta dilapſa
nudi capiantur, aut in terra anima extinguantur. Con-
ſtant exiguo corpore, facie ſimiles bolitænis. Eſt etiã
qui Cochlearũ more ſiliceo tegmine ita muniatur, ut
nũquam egredi ſoleat, ſuaq; interdum brachia exerat.
a.par.an.2.7 *[a] Parum caloris obtinet, propter ſanguinis priuatio-*
b.par.an.4.9. *oem.[b] Quod natura polypis ex corpore dempſit, id in*
pedum longitudinem addidit, Nec eis pedes ſolum ad
nandum Vtiles ſunt, ſed etiam ad ambulandum. Pro-
muſcide carent, quoniam pedes ad Vſum eundẽ com-
c.par.ani.4.5. *modos habeant. [c] Sepio carent. [d] Conchulis maxime*
d.na.an.8.2. *extringentes carunculas Veſcuntur, unde fit ut eorũ*
cubilia cognoſcant qui Venantur, congerie teſtarũ.
Quod autẽ nõnulli aiunt pulypum ſe ipſum eſſe, falsũ
eſt: ſed aliqui ſua brachia corroſos habẽt a cõgris, Cõ-
gri enim hos ſuperant, ſed edere non poſſunt: Leue e-
nim, & lapſum polypi corpus uſum hoſtis effugit.
Euenit Vſu, ut locuſtis polypi ſuperiores ſint, & ad-
eo, ut ſi eiſdem in retibus ſenſerit locuſta polypum,
e.na.an.8.30. *præ metu emoriatur. [e] Præſtant polypi dum grauidi*
f.na.an.2.ul. *ſunt. [f] Molle quiddam carnoſumq; pro lingua habent.*
g.na.an.4 8. *[g] Odore eſcarum allectati capiuntur, & ita adhæreſ-*
cunt, ut auelli inde nõ poſſint, ſed trũchari potius patiã-
h.na.an.5.18. *tur. [h] Horum ouis diebus poſt quinquaginta maxime*
ruptis,

ruptis,polypuli modo araneorum perquam multi exer punt,quorum natura ſigillatim nondum cōſpicua eſt, quanquam forma ſatis tota apparet:ſed ob exiguitatē imbecillitatēq; copia interit.Iam nōnulli adeo ſpectantur exigui,ut nulla partium cōſtent diſtinctione,quā uis ad tactum moueantur. fœmina modo incubat ouis, modo ī ore ſui cubilis aſſidens,brachium ſuper ouis ex porrectum tenet.Viuēdi ſpacium his breue.[a] *Oribus Inuicem admotis,complexuq; mutuo brachiorum, libidinem explent.Cum alter capite Vulgo appellato in terram Verſo, nitibundoq;, explicat porrigitq; ſua brachia:alter ſuperuenit: paſſisq; brachiis ſingulis ad ſingula ſubiacentis a cetabulorum conceptu mutuo ad hæreſcit.*[b] *His,& ſepius Venter ſimilis, tum figura, tum tactu eſt. Habent polypi attramentum ſupra apud mutim potius poſitum.* a. na. an. 5. 6. b. nat. an. 4. 5.

Pumilio Vide Mulus.

Ponpilus, Vide Polypus, & Nauta.

Porcus, Vide ſus.

[a] *Porphyrio Auis, Collum longum, anguſtumq; habet. Ingluuiei gulæq; amplitudine caret longitudine autē admodum prolixa utitur, & alui excrementum humidius, quā cæteræ ſolent,reiicit.*[b] *porphyrio Vnus bibit morſu.* a. na. an. 2. ul.

[a] *Primada piſcis,in cæno ſe abdit.Cuius rei argumē* b. an. na. 8. 6.

Ff ij *tum*

eſt, quod neq; eo tempore capitur, & dorſo feculento, primisq; adductis oppresſisq; ſpectatur. Verno autē tempore prodit, & appropinquat ad terram coiens, pariensq;: quo tempore fœtu grauida, capitur, tempeſtiuaq; tantisper eſſe putatur. Autumno autem, & hyeme deterior eſt.

a.na.an.6.12 *[a] Priſtes Cete, animal generat, nullum enim oua habere cernitur ſed ſtatim fœtum, ex quo redacto in formam animal conſtat.*

a.na.an.8.12 *[a] Pſitacus Auis Indica, quam loqui aiunt, Vnca eſt, breuicollo, & lingua lata, aptaq; ad imitandum. Loquacior, cum biberit Vinum, redditur.*

Ptynx Auis, Vide Chalcis.

a.na.an.5.1. *[a] Pulices per coitum procreant genus Vermiculorū oui ſpetiem referens, ex quibus nec ea quæ genuerīt prouenitnt, nec aliud ullum animal, ſed id quod ſunt,*
b.na.an.5.31 *ſordes tantum perſiſtunt. [b] Non carne Viuunt, ſed Carnis Viuæ humore aluntur. Ab his generantur quæ lendes Vocantur, ex quibus nil preterea naſci poteſt Hæ autē minima quadam putredine gignun*
c.ge.an.1.16 *tur, ſedemq; ſui ortus ſordes obtinent aridas. [c] non ex animalibus enim procreantur, ſed ex putreſcente humido, aut ſicco.*

Pulex araneus, Vide Araneus.

Pulla Vide Aquila,

[a] Purpura

[a] *Purpura Vere generatur.* [b] *Purpuræ Verno tempore eundem in locum ſeſe colligentes condunt, quã fauaginem nominant, que uelut fauus eſt apum, Verum non ita elegans, ſed quaſi e putaminibus cicerum alborum, multa inter ſe compoſita, ſtruem Vnam ſua cohæſione coagmentarint. Nullum iis patet foramẽ, neq; ex iis purpuræ enaſcuntur: Sed cum purpuræ, tũ etiam reliqua teſtis incluſa, limo fere, & materiã putreſcente oriuntur. Emittunt, cum ſuos ordiũtur fauos, mucorem quendam: ex quo putamineæ cellulæ illæ cõ ſiſtunt: Hæc ergo rupta diffuſaq; omnia, humorem quem continebant, in terram dimittunt. Mox eo quò effuderĩt loco gignuntur purpurulæ, exordio admodũ exiguo conſiſtentes, quas ſibi annexas gerunt, quæ grã des capiuntur. Nõnullæ etiam forma nondum diſtincta cernuntur, ſi forte priusquam pepererint capiantur. Fœtus interdum, per crates, & tegetes, non quali bet elidunt, ſed congregatæ eodem, ut facere in mari ſolent. Itaq; per anguſtiam, Veluti Vuæ ſepe fœtus conformatur. Genera purpurarum plura, & nonnullæ magnitudine augentur inſigni, ut quæ ad ſigæõ, & lectum Idæ promontoria gignuntur. Aliæ paruæ, ut quas Euripus fert, & Caria. Pelagiæ magnæ, ſcabræq; ſunt, quarum flos magna ex parte niger, ſed nõnullis rubidus puſillum. Nonnullas ex magnis, uel ad*

a. na an.5.12
b.na.an.5.15

prætium

minæ euadere nouimus. Paruæ ad littora, & oras re periuntur flore rubro, partes itē Aquiloniæ nigras, Auſtrinæ rubras magna ex parte ferunt. Capiūtur tempore uerno, cum fauos exſtruunt. Caniculæ tempore nullæ fere capiuuntur: nō enim tantiſper paſcuntur, ſed ſe abſcondunt, & latent. Florem ſuum inter papauer dictum, & collum continent, textu ſpiſſiore, aſpectu ueluti menbranæ candicātis, quam detrahunt. Tingit hec preſſa, & inficit manum. Pertinent eadē ſuo ſitu, perinde ut Vena, idq; flos ille celeber putatur; reliquum contextus quaſi alumen eſt. Cum fauificant purpuræ, tunc deterrimum habent florem. Paruas tundunt cum teſtis, non enim detrahere facile eſt. Maiorum florem teſta ablata detrahunt: quamobrē euenit, ut collum a papauere ſeparetur. Flos enim poſitus inter hæc eſt ſupra eam partem, quam Ventrem appellant. Itaq; detracto flore, diuidantur partes iſtæ neceſſe eſt. Dant operam ut Viuæ frangantur. Nam ſi prius, quam fregeris, exſpirarint, florem omnē cum Vita euomunt. Quapropter ſolent eas aſſeruare in Naſſis, dum ipſæ ſe colligant, atq; requieſcant. Lingua appellata his longior eſt digito, qua paſcuntur, & tum conculas, tum etiam ſui generis teſtam perforare poteſt. Tempus his Viuendi longum, Annos enim circiter ſex Viuunt, & ſingulis annis Incremē

tum

tum earum patet per orbes, quibus totidẽ quot annos habent, teſta Intorta cuniculatim in crepidinem deſinit. Latent aliquandiu in arena. [a] *His eſcas putidas purpurarij emoliuntur, & accedunt ipſæ ad eiusmodi eſcam a longe, ut pote odorantes.* [b] *parum admodum progrediuntur.* [c] *Teſta operiuntur. Carnemq; habent penitus incluſam, nec ulla ex parte conſpectam, excepto Capite. gula his a Ventre duplex longa porrigit ſe uſque ad papauer, quod poſtremum, fundo, cõmiſſum eſt.* [d] *piſciculis ueſcuntur, ſunt enim carniuoræ, & quidem eſca huiusmodi capiuntur.* [e] *His anni pluuij obſunt, cuius rei indicium eſt, quod ſi annis inmare fluentis aquam guſtarint, moriuntur eodem die. Viuit purpura extra mare, que capta eſt. dies circiter quinquaginta. Alit altera alteram, eo quod ſua teſta agnatum, Veluti algã muſcum ue gerit. Quæ autem pro cibo iis afferunt ponderis cauſa ad biberi aiunt, ut in libra ſint grauiores.*

a.na.an.4 8. b.na.an.9.37 c.na.an.4.4. d na an. 8. e.na. an.8.20

Pyrauſta, Vide Clerus.

R

R[a] *aiæ piſces, nõ ſolum ad motis ſupinis, ſed etiã tergo fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitis, nodo cauda impedimento nullo ob craſſitudinem ſit, coeunt.* [b] *gignunt animal cum intra ſe oua pepererint.* [c] *Raia inter Cartilaginea fœ tificat*

f.na.ar.5.5. g.na.an.6.11 h.n .in.6.17

*tificat numeroſis. Verũ quod de facili pereunt, hinc
efficitur, ut appareant paucæ. Edit hec oua diuerſa,
a.na.an.6.10 & iuxta terram. [a] Teſtacea quædam gerunt, in qui-
bus humor ad oui ſimilitudinem conſiſtit. figura eius
teſtæ ſimilis tibiarum ligulis eſt, meatusq; fiunt capil-
lamẽtorum ſpecie in teſtis. His cũ pepererĩt, rupta te
ſta excluditur fœtus. Raia etiam ſuam non recipit ſo-
bolem, tum capitis magnitudine, tum aculeorum Impe-
b.nat.an.1.5. dimento, Nam ne animal quidem Una hec parit. [b]
Branchias habent detectas. Pinnis caret, ut pote que
plana ſit, & caudam habeat. Hanc tamen pinnas ha
c.na.an.9 37 bere Videmus ſuaq; latitudine natat. [c] Obruit arena
ſeſe, cumq; nullam ſui corporis partem intectam reli-
querit, Verberat radiolis ſui oris, quos piſcatores
d.na.an.4.13 Virgulas Vocant. [d] Cutem habent aſperã. [e] Huic
e.na.an.2.15 f.na.an.8.15 fel coll. ctim inteſtinis commiſſum eſt. [f] Tempore con
g.na.an.2.13 ditur ſolum hyberno. [g] Branchias habent parte inferio
re ſupinaq; : Tamet ſi deductas in latera habent, tamẽ
non ſpineo intectas operimento, ſed cuticulari.*

h.na.an.9.37 *[a] Rana piſcatrix, his quæ gemina ante oculos ſuos
dependent, quorum fila Capilli ſpeciem referunt, ſed
poſtrema rotundis quibusdam præpilantur, quaſi eſ-
cæ cauſa additis: his, inquam, ubi locis arenoſis aut fe-
culentis obturbato ſolo ſe abſconderit, piſcatur: attol-
lens illa ſibi pendentia fila, Dum enim piſciculi occur
runt.*

runt, & capita machinamenti penſilis pulſant, ipſa ſubtrahens fila, allicit, donec eos ſuum in os adducat. Ea autem quæ caruerit præpilatis uillorum illis capitibus, macilentior capitur.[a] *Hæc una foras ouum per* a.gen.an.3.3 *fectum parit, cauſa natura corporis eſt. Caput enim longe grandius reliquo corpore habet, idq; aculeatum, Valdeq; aſperum: quamobrem nec poſtea ſuos catulos intra ſe recipit, neq; principio animal parit. Capitis enim magnitudo, & aſperitas, ut aditum, ſic exitum impedit. Eiusq; ouum ſolidum durumq; eſt, ut foris ſeruetur.*[b] *Quod latitudo eius parte priore minus carnoſa eſt: Ideo Natura quantum corpulentiæ* b.pa.an.4.13 *priori ademerat, tantum poſteriori, & caudæ addidit Pinnas lateribus accõmodatas infra gerit, propter amplitudinem partis ſuperioris. Quæ autem parti ſupinæ commiſſæ ſunt, eas iuxta caput adiunctas babet nil enĩ latitudo impedit, quo minus moueatur: Sed pro ſuperis illis, has gerit minores iis, quæ ad latera applicantur.*[c] *Habent in quod meatus contingant, & quo per coitum adhæreant.* c.nat.an.5.3.

[d] *Rana paluſtris, a Buteone comeditur.*[e] *Ab aquæ natura diſcluſa, uiuere non ualet.*[f] *Exiguum admodum habet liene.*[g] *fœminæ maioris ſuis maiores ſunt.* d.na.an.9 1. e.na.an.9 2. f.na.an.2.15 g.na.an.4.11

[h] *Apes ubi ad aquam acceſſerint, rapiunt.*[i] *His lingua ſui generis eſt. Pars enim prima quæ cæteris ab* h.na.an.9.40 i.nat.ani.4 9

 ſoluta

ſoluta eſt, ijs cohæret, modo quo tota fere piſcium: Intima uero abſoluta ad guttur applicatur, qua ſuam uocē ſolent emittere. Et quidem genus illud ululatus, quā ololyginē nominant, Mares intra aquam reddunt, ut cieant ad coitum fœminas. Reddunt ranæ ſuam ololyginem illam, maxillæ inferioris labro demiſſo pari libra, cum aqua modice recepta in fauces, ſuperioreq; intenta. flagrant tantiſper oculi modo lucernæ, cum ſinus baccarum maxillis diſtentis interluceat. Coitum
a.na.an.8.28 enim noctu magna ex parte agere uiſuntur.[a] In Cirenenſi agro ranæ uocales præterito tempore deerant.

b.na.an.5.19 [b] Rediuij gramine oriuntur.

c.na.an.8.3. [c] Regulus Auis, uermiculis partim ex toto, partim magna ex parte alitur, & in montibus degit.

Rex Auis, Vide Trochilus.

d.ge.an.2.5. [d] Rhinobatus piſcis Vocatus, ex Squatina, &
e.na.an.6.11 Raia gigni creditur.[e] Eſt parte priore raiæ ſimilis, poſteriore, ſquatinæ.

Riparia, Vide falcula.

f.na.an.9.49. [f] Rubecula Auis, & Ruticilla, Inuicem tranſeunt. Eſt Rubecula hyberni temporis, Ruticilla æſtiui: Nec alio fere inter ſe differunt, niſi pectoris colo-
g.na.an.8.3. re, & Caudæ.[g] Vermiculis Rubecula ueſcitur.

h.ge.an.2.4. [h] Rubellionum, ſiue Rubrorum piſcium, mas nullus

lus adhuc uiſus eſt: ſed fœminæ omnes fœtu plenæ
reperiuntur.[a] Pelagij ſunt. a.na.an.8.13
[b] Rubeta Apes interimit. Subiens enim aditus al b.na.an.9.40.
uei, afflat, & obſeruans rapit euolantes, nulloq; malo
affici ab apibus poteſt.[c] A Buteone deuoratur.[d] Li- c.na.an.9.1. d.na.an.2.15.
enem habet admodum exiguum.[e] Iecur habet omnino e.na.an 3.12.
Vitiatum.
[f] Rubetra Auis, uermiculis ueſcitur. f.na.an.8.3.
[g] Rubicilla Auis, uermiculis ueſcitur, g.na.an.8.3.
Rubri piſces, Vide Rubelliones.
[h] Ruminalis piſcis ponticus, a ruminando ſic dictus. h.na.an.9.50
[i] Rupex Auis, apud mare uictitat. i.na.an.8.3.
Ruticilla, Vide Rubecula.

S

Sacer piſcis, Vide Anthias.[k] Aeſtate k.na.an.6.17
parit,[l] & gregalis eſt. l.na.an.9.2.
[m] Sacer Serpens minutus, quem angues m.na.an.8.29.
præmagni fugiunt, magnitudo huic ad cubitum, ſpeci-
es hirſuta. Quicquid momorderit continuo circiter
putreſcit.
[n] Salamandra, igne non abſumitur: ſed ignem, inam n.na.an.5.19
bulans per eum, extinguit.
[o] Salpa piſcis, æſtatis initio partum accelerat lo- o.na.an.6.17
cis plurimis, nonnunquam enim autumno.[p] Carne ali- p.na.an.9.37.

a.na.an.8.30 *tur, nec uagatur aut oberrat.*[a] *In maritimis etiam la-*
b.na.an.4.8. c.na.an.4.8. *cubus reperitur.*[b] *Liquide audit.*[c] *ſtercore, & alga ueſcitur: porrum etiam petit, & Cucurbita capitur, quod ei ex omnibus uni euenit.*

d.na.an.9.15 [d] *Salus Auis Vitæ commoditate, & partus numero cõmendatur, ſed alterius pedis claudıtate cedit.*
e.na.an.9.1 [e] *Huic prælium cum Aſino eſt, propterea quod Aſinus ſpinetis ſua ulcera ſcabendi cauſa atterat. Tum igitur ob eam rem, tum etiam quod ſi uocem rudentis audierit, oua abigat per abortum, pulli etiam metu labantur in terram. Itaq; ob eam Iniuriam aduolans, ulcera eius roſtro excauat.*

Vide Aegithus.

f.na.an.6.15 [f] *Sardinæ piſces, ex Membradis (quas apua dicta*
g.na.an.8.13 *phabrica gignit) oriuntur: & ex ſardinis ſardæ.*[g] *Sarda una cum pontum adit, uidetur & capitur, ſed exiens nuſquam uiſa adhuc eſt. Quod ſi qua apud Byzantium aliquando capiatur, piſcatores ſua retia luſtrant propter exitus inſolentiã: Cuius rei cauſa eſt, quod ſolæ ipſæ ſubeunt Iſtrum amnem, Vnde fiſſo flumine per abditũ terræ meatum defluunt in Adriã ſinum. Argumento eſt, quod ibi contra euenit, quam in ponto: exeuntes enim ſemper capiuntur, ſubeuntes*
h.na.an.5.9. *nunquam.*[h] *bis pariunt.*

i.na.an.9.2. [i] *Sargiacus piſcis, gregalis eſt.*

[k] *Sargus*

[a] *Sargus piſcis, coit menſe decembri, fert uterum dies triginta, laboratq; per id tempus quo gerit uterum unde fit ut tunc potiſsimum ruat in terram, atq; excidat. fertur porro graui ſtimulo agitatus in terram, atq; omnino id temporis motu perpetuo incitatur, donec pariat.* [b] *uere, & autumno parit.* [c] *Mulli reliquias ſequitur. Nã ubi ille luto excitato abijt, fodere enim poteſt, hic deſcendit, & paſcitur, Imbecilliõresq; ne eodem adnatent, arcet.*

a.na.an.6.17
b.na.an.5:9.
c.na.an.8.2.

[d] *Sargo piſcis, per æſtatem parit, graueſcere uero menſe decembri incipit, geritq; diebus tricenis.* — d.na an.5.11

[e] *Saperdis piſcis, cum fert commendatur.* — e.na.an.8.ul.

[f] *Satherium, uictum ex lacu, & fluuijs petit.* — f.nat.an.8.5

[g] *Scarabeus piſcis eſt littoralis.* — g.na.an.8.15

[h] *Scarabeus ex putreſcente humido aut ſicco procreatur.* [i] *Pennas cruſta ſuperueniente, quaſi uagina incluſas gerit.* [k] *Vaginipennis eſt, & membrana ſicca uolat.* [l] *Scarabeus uiridis, galleruca iam uocari incipiens, uermibus fimo bouis aut Iumenti creatis, gignitur. Scarabeus pilularius in fimo quem uoluit, conditur per hyemem, paruumq; uermiculum parit, ex quo ipſe procreatur. Scarabei tauri gignuntur ex uermibus, qui in lignis aridis naſcuntur. Primum enim uermes ipſi Immobiles fiunt, mox diſrupto putamine, id Scarabei genus exit.* [e] *ſenectutem exuunt, ut Culices.*

h.gene.1.16.
i.nat.ani.4.7
k.nat.ani.1.5
l.na.an.5.19

[a] *Scarus*

a.na.an.8.2. [a] Scarus piſcis, alga ueſcitur. Hic unus inter pi-
b.na.an.2.ult. ſces ruminare quadrupedum ritu uidetur.[b] Diuerſam omnino ſpeciem uentris habet Inteſtinum etiam ſimplex replicans ſe, quod in unum continuumq; reſoluatur.
c.na.an.9.37 [c] In Euripo non inuenitur.[d] Duplices habet brã-
d.pa.an.2.13 chias, nec dẽtes habet ſerratos, pectinatimq; coeuntes ut cæteri.

Scolopendra, Vide Centipes.

e.na.an.6.17. [e] Scombri piſces, coeunt menſe februario poſt Idus, pariunt Iunio ante nonas. Edunt ſua oua condita quaſi utriculo. Incrementum autem partus præcipua
f.na.an.8.12. ſumit celeritate.[f] Antequã Thunni diſcedant.[g] Gre-
g.na.an.9.2. gales ſunt.

Scordula piſcis, Vide Thunnus,

h.na.an.5.26 [h] Scorpio Terreſtris, uermiculos ouorum ſpecie parit complures, & incubat. Mox ut prolem perfecerit, pellitur ab ea ipſa, ſicut, & Araneis accidit, & interimitur a ſuis liberis magno numero: ſæpius
i.na.an.4.7. enim undenos parit. [i] Aculeum habet extra prominentem, longoq; ſpiculo armatur. Brachia etiam quinque biſulcis dentata forcipibus habet;
k.na.an.8.29. [k] A uipera de-
l.na.an.8.29. uoratur.[l] In pharo, locisq; alijs, ſcorpiones non lædunt, at alijs, & præcipue in ſcythia, multi, & magni, & nocui ſunt: & ſi uel hominem, uel quamuis beſtiam percuſſerint, interimunt.

Scorpio

[a]*Scorpio Marinus, bis anno parit.*[b]*In alto fœtifi cat.*[c]*Et in littore, & in pelago reperitur.* a.na.an. 5.9. b.na.an.5.10. c.na.an.8.13.

[d]*Scropha cum peperit, primã mammã porco, qui primus in lucẽ prodijt, præbet. Sunt e ſcrofis aliæ ſtatim prolis, fœcundæ laudabilis, aliæ increſcẽtes melius generant. Scrofæ fœtæ prodeſt hordeum elixum pabulo appoſitum.*[e]*Lac habet admodum craſſum.* d.na.an.6.18. e.na.an. 6.28

[f]*Eius apria caſtratur, ne præterea coitum appetat, Sed breui tempore obeſetur. Caſtratur autem cum biduo Ieiunarit, ſuſpenſa pernis prioribus, reciſa cute inter fœmina, qua maribus teſtes maxime continentur. Hac enim parte adheret Vuluis apria dicta, cuius exigua parte abſciſſa conſarcinant.*[g]*Habet ut ſolum pingue ſuis ſtirpibus: ſic Scropha filijs alimentum copioſum & commodum.* f.na.an.9.50. g.gen.an.4.6.

[h]*Scythica Auis magnitudine otidis, hoc eſt, auis tardæ, duos procreat pullos & quæ peperit oua non Incubitu fouet, ſed cõdita in Leporina aut Vulpina pelle relinquit, atq; ita obuoluta ĩ ſumma arbore collocat, Cũq; a Venatione uacat, cuſtodit & ſi quis ſcandit, impugnat, & Verberat alis, perinde ut aquilæ faciunt* h.na.an.9.33.

[i]*Sepia piſcis, cuius oua magnitudinem myrtorum capiunt, & nigreſcunt, Emiſſo enim atramento parentis infundũtur atq; ita inficiuntur. Cohærent inter* i.nat.an.5.18

ſe

ſe ad ſpeciem racemi cuncta uni abducta cuidã nexu, nec facile alterum detrahi ab altero poteſt. mas enim humorem quendam mucoris mittit, cuius lentore tenaciter oua ſibi cohæreſcunt, ac creſcunt. Etiam hæc et cum primum edita candida ſint, atq; exigua mox atramento perfuſa, nigra, maioraq; redduntur. Cumq; Sepiola iã intus conſtiterit, uidelicet tota ex candido oui interno concreſcens, tum rupta oui membranula proles exit. Primum pars illa interior candida, ueluti grando conſiſtit, cum fœmina ſuum atramentum aſperſerit. Naſcitur enim ſepiola ex eo ipſo candicante corpuſculo uerſa in caput, modo auium uentre annexo. Sed qualis nam ſit in his anne xus umbilicis, nondum exploratum habemus. Conſtat tamen candidum illud ſubinde diminui, dum ſepiola augetur, & ad poſtremum, ut luteum auibus, ſic candidum his aboleri primum oculi grandes in his quoq; perinde ut in cæteris, apparent. Pariunt intra diem decimum quintum. Mox oua edita craſsitudinẽ acinorum uuæ minorum intra diem item decimũ quintum capiunt, quibus obruptis ſepiolæ excluduntur. Quæ ſi quis prius, prole iam perfecta obſciderit oui membranam: ſtercuſculum mittunt, ſuumq; præ metu colorem immutant ex cãdicante in rubriuſculum. Oua qua pepererint abſoluta fouent. Parit ſæpia iuxta

terram

terram inter algas, & arundines, & ſi quod aggeſtũ tale inectum ſit, ut ſarmẽta, aut lapides: aut quælibet alia materiei congeries. Et quidem piſcatores de induſtria faſces ſarmentorum diſponunt. Hæc perlibenter in eis loculamentis parit prolixam illam, continẽtemq; ſeriem ouorum, qualis cirri muliebris ſpecies eſt. Emittitur, aluum per interualla reprimẽs, inſpergitq; atramentũ, interpoſita quiete: ut pote cũ non niſi cũ labore emittat.[a] *Exanguis eſt.*[b] *Cũ icta eſt tridente, Mas eã adiuuat: fœmina mare percuſſo fugã arripit.*[c] *Foris carne molli obducta, ſolidum intus, modo ſanguinei generis continet. Peculiares binas ſortitur promuſcides longas, acetabulo parte extima bino aſperiuſculas, quibus capit, & ad os admouet cibum. Et quoties tẽpeſtates urgent, ad ſaxa aliqua adhærens ſe ueluti anchora iacta ſtabilit: Pinnulis autem quibus alueus circundatur, natat. latior eſt lolligine ſed breuior, Sæpias quoq; aliquas in bina augeri cubita notum eſt. Habent partes duras ac ſolidas intus per dorſum, & corporis prona, & quod ſic his inſertum eſt ſepium dicitur, eſtq; robuſtum, & latum, inter ſpinam, & os mediam præ ſe ferens naturam, fungoſam intra ſe cõplectens, & friabilem corpulentiam. Sepiæ alueus bipartitus eſt.*[d] *Mollium aſtutiſſima hæc eſt. Sola ſuo utitur atramento, non modo cum metuit, Verum etiã*

a. na. an. 1. 5.
b. na. an. 9. 1.
c. na. an. 4. 1.
d. na. an. 9. 37.

abſcondendi cauſa. Hanc bimatu non uiuere apertũ
a.na.an.6.13 *eſt.*[a] *Mas oua quæ fœmina ediderit, perſequitur: ſuũ*
b.na.an.[1.5. *ſemen aſpergens.*[b] *Tum pedibus, tum pinnis natat.*
c.na.an.5.12. [c] *Parit omnibus anni temporibus. Mas, uarius magis*
quam fœmina, dorſoq; atriore eſt. Incedere coniuga-
d.na.an.4.4. e.na.an.8.80. *tim ſolent.* [d] *Carunculas duas habet.* [e] *Præſtat cũ*
f.pa.an.2.ult. *grauida eſt.*[f] *Pro lingua membrum habet molle, &*
g.na.an.4.8. *carnoſum in ore.*[g] *Odore eſcarum allectata capitur.*
h.par.an.4.9. [h] *Sæpijs pedes octoni, ſed breues: Vimq; nandi tan-*
tummodo habent. Pedes habẽt ſupra dentes ſenos exi
guos, eorumq; nouiſſimos duos maiores, Reliquos au-
tem octonorum duos infra omnium maximos. Alueũ
corporis hábent magnum. Quod his de pedibus na-
tura abſtulit, eo corporis magnitudinem auxit. His
pedes inutiles, parui ſunt enim, cum alueum habeant
magnum. Cum itaq; pedes habeant breues atq; inuti-
les, ne æſtu maris tempeſtateq; exturbentur ſaxis, utq;
de longinquo admoueant, ideo promuſcides binas præ
longas habent, quibus etiam ueneutur procul, oriq; e
longinquo admoueant. Pinnulam item habent angu-
i.na.an.8.2. *ſtam.*[i] *Piſces uel maiores euincunt.*[k] *Mas prona ſui*
k.na.an.4.1. *corporis nigriora ſupinis potius, parteſq; omnes aſpe*
riores habet quam fœmina, & lineis interuenientibus
l.da.an.4.5. *uarijs, caudam etiam acutiorem.*[l] *His & polypis uen*
ter ſimilis, tum figura, tum tactu eſt.

Semper

Semper Aſiones, uide Aſio.

Senator. Auis, uide Trochilus.

[a] Sergus piſcis, Autumno parit. a.na.an.5 11.

[b] Serpẽs Marina, colore & corpore Congro pro- b.na.an.9.37
xima eſt, ſed obſcurior atq; acrior. Hæc ſi capta di-
mittatur foris, in arenam roſtro quamprimum adacto
terebrat, ſubitq; tota. Eſt ore acutiore hæc, quam ter-
reſtris.

[c] Serpentes Terreſtres, Coeunt cõplexu mutuo, c.ge.an.1.7.
propter ineptã ſui corporis formam ad applicãdum.
Cum enim exigua quadam ſui parte coniungãtur, ne-
queunt præ nimia prolixitate adaptari. Cumq; mem-
bris quibus amplectãtur careant, pro ijs agilitate cor-
poris utuntur, cõplexuq; mutuo ſeſe obuoluentes expe-
diunt uenerem: Unde fit, ut Lentius abſolui quam
piſces uideantur, non ſolum meatuum prolixitate, ſed
etiam ea ipſa qua utuntur ſolertia. [d] Carent Teſtibus d.na. an.1.9.
& pene, Pene, quia cruribus carent. Teſtibus, pro-
pter ſui Corporis longitudinem. Meatus modo piſci-
um habent. [e] Oua pariunt foris contexta, ad monilis, e.na.an.5.ult.
hoc eſt, ornamenti mulierum, quod ambit collum ſimi-
litudinem. Incubant quæ pepererint in terra, & fœtũ
ſequente excludunt anno. [f] Iam ſerpens biceps uiſus f.gen.ar.4.4.
eſt. [g] Cum muſtela, & locuſta pugnat. [h] Suis aduer- g.na. an.9.6. h.na.an.9.1.
ſarius eſt, Cum Vulpe autem amice uiuit: ambo enim

a.na.an.8.29 *Cauernis gaudent.* [a] *Eſt in Indica regione ſerpens paruus, cuius unius remedio carent incolæ. Naſcitur eodem in agro in quo Laſer, ſerpens quidam puſillus, Cuius remedium lapis eſt, quem ex ſepulchro cuiusdã Regis antiqui accipiunt, eoq́; perfuſo ex uino bibunt.*

b.pa.an.4.12 [b] *Linguam habent bifidam. Collo carent, ſed proportionale colli habere uideri poſsint. Proprium his præ cæteris eiuſdem generis animalibus eſt, ut caput uertere in auerſum, reliquo quieſcente corpore ualeant. Cuius rei cauſa eſt, quod modo inſectorum ſtructura uolubili conſtant, ut uertebras chartilaginoſas & flexibiles habeant. Euenit igitur ſerpentibus id neceſſario hac de cauſa: Ad melius uero, ut ita uitare poſſint, quæ ab auerſo noceant, Cum enim prælongo ſint corpore, & pedibus careant, inepti ſunt ad ſe conuertendum, tuendumq; contra ea quæ a tergo incurrant. Nil enim utilitatis eſſet, ſi caput erigere quidem poſ-*

c.na.an.8.17. *ſent, ſed circũagere nequirent.* [c] *Cum ſenectutem exuere incipit, ab oculis primum detrahi aiunt, ita ut obcæcari uideatur ijs qui rem non intelligunt. Tum caput exuitur, atq; una fere nocte, & die ſenectus tota exuitur, a capite orſa ad caudam, & cute altera intus ſub*

d.na.an.4.11 *naſcente ipſa remouetur.* [d] *Fœminæ maiores ſuis mari-*

e.na.an.8.15. *bus ſunt.* [e] *Hyeme abſconduntur.* [f] *Illiberales ſunt, per-*

f.nat.ani.1.1.

g.gen.an.2.1. *fidæ, & inſidioſæ.* [g] *Serpentum pars plurima ouum*

edunt

edunt perfectum.[a] Carnẽ edunt, & herbam. Omnium maxime animalium uel cupediæ dediti ſunt: ſed deſiderium ijs quoq; bibendi exiguum. Vini incontinentes ſunt. Et cum carniuori ſint, quicquid ceperint, ſucco exucto, reliquum totum per meatum ſui ſeceſſus emittunt. Accipit ſerpens undelibet quod datur, ſiue auis, ſiue bellua eſt. Oua etiam deuorat, ſed cum acceperit reducit, & uſq; eo retractat, quod partem nactus poſtremam e directo conſtituat, tum colligit ſe, in breueque contrahit, ut quod inditum ſupra tenetur, in unum extento corpore deducatur. Quod præterea ita facit, quia gulam tenuem habet, & longam. Diu ſerpentes uiuere poſſunt ſine cibo.[b] Genus ſerpentum nulla euariat ratione, & omnia fere proxima lacertis ex terreſtri ouiparo genere habere ſpecies, ſi pedes ijs demas, longitudinem addas, quippe quod intectum cortice ſit, & prona ſupinaq; perinde atq; lacerti habeat uuluã, longam ac bifidam habet. Cætera interna eadem ijs ſunt, quæ lacertis. Verum omnia earum uiſcera, propter longitudinem, & anguſtiam corporis, longa arctaq; habentur, ita ut dignoſci præ ſuæ figuræ diſsimilitudine non queant. Arteria namq; longa admodum eſt, atq; etiam gula longior. Arteriæ origo ita iuxta os ipſum poſita eſt, ut eſſe ſub lingua uideatur, et quidem uidetur linguæ præminere, quoniam lingua contra-

a. na. an. 8. 4.

b. na. an. 2. nl.

contrahitur, nec manet ut cæteris. Lingua autem ipſa
tenuis, longa, & atri coloris eſt, atq; ſi extrahas, por-
rigi longius poteſt, tenuiſsimisq; quibuſdam capillamẽ
tis quaſi diſcreta uibratur. Ventriculum uelut inteſti
num laxius habent, canino ſimilem, tum inteſtinum lon-
gum, tenue, & ad exitum uſq; uniforme, Cor arteriæ
poſtremæ adhæret exiguum, ſed longum, & renum
ſpeciem referens, quamobrem uideri interdum poteſt
minus mucronem ſuum dirigere ad pectus. Pulmo de-
inde adnectitur ſimplex, fibroſus, fiſtuloſus, prælon-
gus, longeq; a corde ſepoſitus, Iecur item longum, &
ſimplex. Sed lien exiguus, rotundusq;, ut lacertis. Fel
ſimiliter atq; in piſcibus habetur. Dentes exerti om-
nibus ſunt. Coſtæ totidem, quot dies menſem integrum
complent, ſingulis enim tricenæ. Euenire ſerpentibus
idem quod pullis hirundinum nõnulli aiunt, oculis enim
ſerpentum laceratis, ſubnaſci alios referunt. Caudæ
a.nat.an.3.7. *etiam ijs amputatæ renaſcuntur.* [a] *His etiam dorſum*
b.par.an. 2.9 *piſcium more compleri apertum eſt.* [b] *Serpentibus na*
tura oſsium ſpinacea eſt, præterquam magnis: robur
enim eorum ualidiora exigit firmamenta, eadem qua
c.n.t.ani.4.9. *& uiuiparis ratione.* [c] *Longum ſibilum edunt.* [d] *Pro-*
d.par.an.4.1 *pter corporis formam quæ longa eſt, & anguſta ſpe*
ciem quoq; uiſcerum habent prolixam, & cæteris ani-
malibus diſsimilem, ut quam ad ſui corporis opificium,

quaſi

quaſi formulam effigiatam ſortiantur.

[a] Silpha, ex inſectorum genere, ſenectutem exuit. a.na.an.8.17

[b] Silurus piſcis, continentem emittit ſuum fœtum. b.na.an.6.14 *Pariunt ſiluri grandiores ſtagno altiore, quippe cum nonnulli uel trium paſſuum altitudine pariant. Minores, breuiore contenti ſunt gurgite, præcipue ad radices ſalicis, aut cuiusuis arboris: atq; etiam inter arundines & algas, & muſcoſam congeriem, non ſolum pares cum paribus, ſed etiam admodum grandes cum paruis ueniunt, admotiſq; meatibus, quos aliqui umbilicos uocant, fœmina ouum, Mas liquorem uenereum depromit, & oua, quæ liquor ille uitalis contigerit, candidiora extemplo cernuntur maioraq; reddi eodem die propemodum dixerim. Paulo autem poſt, oculi fœtus exiſtunt conſpicui. Quæ ex ouis non attigerit liquor maſculi ille uitalis, hæc ſterileſcunt, & ſuperuacua ſunt. Mas oua quæ ædita ſunt cuſtodit, fœmina abit cum pepererit. Tardiſſimum Siluri incremẽtum ex ouo eſt quamobrem mas ſæpe uel quadraginta, & quinquaginta diebus aſſidet, cuſtodiens oua, ne a piſcibus occurrentibus abſumantur. [c] Canis exortu potisſimum, quod ſublimis innatet, ſideratur, & tonitruo ſopitur magno. Vel a Dracone angue, gurgite parum alto ictus, interit. [d] Damnatur cum fert uterum. Fœmina præſtat ſuo mari. [e] Mas quo in loco plurimus fœtus conſtiterit,*

c.na.an.8.20
d.na ani.8.ult.
e.na.an.9.37

rit, perſeuerans oua cuſtodit, nec alium præbet uſum, niſi, ut piſciculos ne diripiant fœtum, arceat, donec ſatis iam aucta ſoboles ſe tueri a cæteris piſcibus ualeat. Præhenditur ſæpe a piſcatoribus, ubi oua cuſtodit. Dum enim arcet piſciculos, quatit, proſilit, & ictum ſonumq; mouet, manet apud oua tam ardente animo, ut cum ſæpe a piſcatoribus oua ſi præaltis gurgitibus ſubſidunt, educantur, quoad magis fieri poteſt, in uadum, ipſe tamen eodem ſtudio fœtum ſequatur, neq; deſerere unquam patiatur. Tunc ſi minor ſit natu, minuſque uſu exercitatus facile hamo capitur: ſed ſi peritus, & hamifraga eſt, morſu dentis ſui duriſſimi rumpit hamum, & fœtum aſſidue cuſtodit. [a] *Branchias habet quaternas duplici ordine, nouiſſima excepta.* [c] *Huic fel in iecore poſitum eſt.*

a. na. an. 2. 13.
b. na. an. 2. 15
c, na. an. 2. 8

Simia, Natura ancipite partim hominem, partim puadrupedem imitatur. Tam parte ſui corporis prona piloſa eſt, ut pote quadrupes, quam ſupina, ut ſpeciem gerens hominis ſed craſſiore pilo ueſtitur, longeque hirtior parte utraq; eſt. Conuenit cum homine plurimum ſua facie, quippe quæ nares, aures, dentes, tam primores, quam maxillares hominis more habeat. Cilium etiam, cum cæteræ quadrupedes non in utraq; palpebra habeant, ipſa habet, quanquam prætenue ac prolixius, potiſſimum in inferiore. Habet in pectore binas

nas

nas mammarum papillas, & brachia hominis modo, ſed hirtiuſcula, quæ & ipſa, & pedes, ut homo inflectit: hoc eſt, ita, ut circumferentiæ membrorum utrorumq; obuerſæ inter ſe adducantur. Ad hæc, manus, digitos, ungues homini ſimiles, uerum omnia rudiora, efferatioraq;. Pedes ſui generis habet, ſunt enim uelut manus maiuſculæ, & digitis ut manus conſtant, medio longiore. Veſtigium etiam manui ſimile eſt, niſi quod in longum ſe porrigat, & uolam referens, tendat ad poſtrema. Calloſius hoc altera ſui parte extrema eſt, & calcem inepte atq; exiliter imitatur. Pedum officium duplex eſt, ijs enim, ut & pedibus, & ut manibus utuntur, inflectuntq; eoſdem perinde ac manus: lacertos & femora habent breuia proportione cubitorum, & tibiarum. Vmbilicum qui emineat nullum habent, ſed durum quiddam continetur loco Vmbilici. Partem corporis ſuperiorem, multo maiorem habent quam inferiorem, uidelicet more quadrupedum: quinarij enim fere ad ternarium ratione conſtant. Degenerant ergo, tum ea de cauſa, tum etiam quod pedes manibus habeant ſimiles, & quaſi ex manu, pedeq; conſtitutos. Calcis enim poſtremum ad pedem, reliquæ autē particulæ ad manum facile referuntur: Digiti nanq; uolæ ſpeciem gerunt. Degunt plus temporis pronæ more quadrupedum, quam erectæ. Carent natibus, ut

pote quadrupedes. Priuatæ cauda ſunt, ut pote bipedes.

a.na.an.2.11 [a] Simia Porcaria, roſtrum Chamæleoni ſimillimũ habet.

b.na.an.9.40 [b] Sirenis, ex genere inſectorum. Eſt maior, Niger & uarius: Eſt, & minor, qui fuſcus totus eſt. Suntque ſolitarij.

c.na.an.9.17 [c] Sitta Auis, cui mores pugnaces, ſed animus bilaris, concinnus, compos uitæ facilioris. Rem maleficam ei tribuunt, quia rerum callet cognitione. Prolem hæc numeroſam, fœlicemq; progignit, uiuit maceriem

d.na.an.9.1 contundens. [d] Cum aquila pugnat, oua enim aquilæ frangit. Aquila, tum ob eam rem, tum etiam quod carniuora eſt, aduerſatur.

e.na.an.5.11 [e] Spargus piſcis, per æſtatem parit, graueſcere uero menſe Decembri incipit, geritq; diebus tricenis.

Spatagus, uide Echinus.

f.na.an.6.10. [f] Spinax piſcis, ex genere muſtelorum, unus prolẽ

g.na.an.9.37 recipere non poteſt, ſpinæ impedimento. [g] In Euripo mari non gignitur.

Spinus Auis, uide Ligurinus.

h.na.an.5.16 [h] Spongiæ, per rimas, & cauernas, & fauces ſaxorum oriuntur. Genus ſpongiarũ triplex ſtatuitur. Nã aliæ raræ, aliæ ſpiſſæ, aliæ quas nominãt Achilleas. Tenuiſsimum genus id tertium, & ſpisſisſimũ, & ualidisſimum

diſsimum eſt, quod galeis ocreiſq; inſcritur, eoq; minus ciere ſtrepitum, poſſe notatum eſt. Genus hoc inuentu perquam rarum eſt. Quæ autem in genere illo ſpiſſo prædura ſunt, atq; aſperæ, nomine hirci nuncupantur, quæ quidem omnes aut ad ſaxa naſcuntur, aut iuxta littus, lutoq; aluntur. Cuius rei argumentum eſt, quod captæ, Limo refertæ omnes cernuntur, quod certe indicat, cæteris quoq; adhærentibus, cibum per ipſum annexum hauriri. Imbecilliores præterea ſunt ſpiſſæ quam raræ, quia minus alto radicis hæſu innituntur. Senſum etiam ſpongijs eſſe aiunt, argumēto, quod ad euulſoris acceſſum contrahuntur, ita ut euelli difficile ſit. Quod idem etiam faciunt, quoties flatus tempeſtasq; urget, ne ſua de ſede pellantur. Narrant proculdubio, beſtiolas quaſdam, uelut tineas, lumbricoſue, & eiuſmodi alias conſiſtere intra ſpongias, atq; aliquas & euulſis ſpongijs piſciculi ſaxatiles deuorent, qui uel radices abſumunt totas, quæ inhærentes ſaxis remanſerint. Si euenerit forte ut ſpongia, abrumpatur reſiduo item renaſcitur & completur. Magnitudine ampliſsima ſolutæ illæ, et raræ ſpongiæ augentur plurimæ, quæ circa Lyciam ſunt. Sed molliſsimæ quæ ſpiſſæ. Nam Achilleæ toroſiores ijs conſtant. Omnino quæ altis, tranquilliſq; inſunt gurgitibus, molliſsimæ ſunt. Flatus enim ac tempeſtates, ſpongias quoq;, ut

cætera altilia, reddunt duriores, & incrementum impediunt. Quamobrem ſpongiæ Helleſponti ſpiſſæ ac duræ ſunt, et omnino quas mare ultra Maleam promõtorium, citraq; fert, differunt inter ſe mollitie, duritateque. Nec calorem immodicum ſpongiæ patiuntur. Fit enim eo, ut more pullulantium putreſcant. Quocirca optimæ iuxta oras comperiuntur ſpongiæ, ſi gurgitæ alto demerſæ ſunt, commode enim temperãtur propter altitudinem gurgitis. Color illotis uiuiſq; nigricans eſt. Adhærent nec parte nec toto. Interſunt enim fiſtulæ quædam inanes, ſed pluribus paſſim particulis hæſitant, & quaſi membrana extenta ſubeſſe radicibus earum uidetur. Superne autem cæteri meatus concreti propemodum latent. At uero quaterni aut quini patent, per quos paſci exiſtimantur. Genus item aliud eſt, quod nomen, Applyſias inde accepit, quia nunquam lauetur, quaſi illotariam uoces. Habet hoc ampliores illos meatus, ſed reliquo toto corpore denſum eſt. Nihilo tamen denſius, quam quæ iam dicta ſunt genera, quanquam lentius, & ex toto pulmoni ſimilius cernitur. Senſum id genus habere, diuq; uiuere inter omnes præcipue conuenit. Cognoſci præ cæteris ſpongijs eo facile poteſt documento, quod cum illæ albicent limo ſubſidente id ſemper nigrorem oſtendit.

a. ne. an. 8. 1.
b. pa. an. 4. 5.

[a] Spongia omnino ſimilis plantis eſt. [b] Adhærendo

enim

enim tantum uiuere poteſt.

[a] *Squatinæ attritu mutuo tantum partium ſupina-* a.na. an. 5.5.
rum coeunt.[b] *Chartilagineorum Squatina una bis pa-* b.na.an.5.10
rit. Nam & incipiente autumno, & circa Vergilta-
rum occaſum: ſed per autumnum fœlicius.[c] *Mutat hæc* c.na.an.9.37
colorem ſola, more polypi. Harena etiam ſe obruit, ut
Raia.[d] *Cutem habet aſperam.*[e] *Fel habet in iecore po-* d.pa.an.4.13 e.na.an.2.15
ſitum.[f] *Fœtus ſuos, & emittunt, et recipiunt squatinæ* f.na an.6.10
intra ſeipſas.[g] *Pinnas lateribus accommodatas infra* g.pa.an.4.5.
gerunt, propter amplitudinem partis ſuperioris.

[h] *Squilla, tertium genus eſt Cruſtatorum. His in-* h.an.an.4.2.
teſtinum recta in caudam finit, qua excrementa, emit-
tunt, & oua pariunt.[i] *More quadrupedum retro min-* i.na.an.5.7.
gentium, coeunt: ut fœmina caudam ſupinam exponat,
mas ſuam ſuper ponat, & applicet. Coire ſolent ineun-
te Vere iuxta terrã, interdum etiam cum ficus mature-
ſcunt, coire incipiunt.[k] *A Cãcrario genere differunt* k.pa.an.4.8.
eo quod caudam habeant: A Cruſtario uero, quod
forcipe careant.[l] *Sæpenumero a fucis comeduntur.* l.na.an.8.2.
[m] *Mutantur etiam, uere enim nigreſcunt, poſt uer al-* m.na.an.8.nl.
bedinem ſuam recipiunt.

[n] *Stella, ex teſtatis eſt, & adeo natura calida, ut* n.na.an.5.15.
omnia contacta protinus decoquat, Detrimento etiam
ſummo Echinis Euripi Pyrrheni eandẽ eſſe cõfirmãt.
Forma eius ſtellis quæ pinguntur, ſimilis eſt.[o] *Stella-* o.pa.an.4.5.

rum

rum genus, concharum complures aggrediens, exugit.

a.na.an.9.11 [a] Stellares ex genere Muſtelino, ſuperfœtant ſæpiſsime, quippe qui menſe bis pariant. Initium coitus,

b.na.an.5.10 menſe ſeptēbri eſt. [b] Oua corū non ſimul perficiuntur.

Stellaris accipiter, uide accipiter.

Stellaris Auis, uide ardeola.

c.na.an.9.9. [c] Stellio, reſupinus ingreditur. [d] Inter hunc, & ara-

d.na.an.9 1. neum bellum eſt, ab eo enim aranei deuorantur. [e] Con-

e.na.an.8.15.

f.na.an.8.29. dit ſe. [f] Italiæ locis qubusdam morſus ſtellionum extiales ſunt.

g.na.an.4.ul. [g] Struthio Africus, partim auem, partim quadrupedem refert, quippe qui non ut quadrupes, pennas habeat: ut non auis, ſublimis non uolet. Nec pennas ad uolandum commodas gerit, ſed pilis ſimiles: Item quaſi quadrupes ſit, pilos habet palpebræ ſuperioris, et glaber capite, & parte colli ſuperiore eſt. Itaq; cilia habet piloſiora ſed quaſi auis ſit, infra pennis integitur. Bipes etiam tanquam auis, biſulcus tanquam quadrupes eſt. Non enim digitos habet, ſed ungulam biparti tam Quarum rerum cauſa eſt, quod magnitudine non auis, ſed quadrupedis eſt, magnitudinem enim auium

h.ge.an.3.1. minimam eſſe prope dixerim, neceſſe eſt. [h] Complura parit.

i.na.an.9.26. [i] Sturnus Auis, niger eſt, albis diſtinctus maculis

k.na.an.8.16 & magnitudine Merulæ. [k] Latet etiam, ut Turdus.

Subaquila,

Subaquila,uide Aquila.

Subbuteo,uide Accipiter.

Subulones Cerui,uide Cerua.

Superæ.uermes,uide Aciæ.

[a]Sues tum mares,tum fœminæ,coire incipiunt men ſe ſuæ ætatis octauo.Quanquam mas antequam ſit an niculus,prolem generat uitioſam.Fœmina annicula parit,ſic enim tempus gerendi uteri exigit.Sed non omnibus locis eadem ætatis ratio eſt.Iam enim ſues nonnuſquam tam mares quam fæminæ, quarto coeunt menſe, ſexto tamen ita,ut uel progenerare, & educare poſſint.Paucißima ſus edit prima partione, uiget ſecunda,nec ſeneſcens copia fœtus deficitur,quanquam lentius coit.Vbi uero quintumdecimum annum nacta eſt, non præterea generat,ſed efferatur.Si pinguet,ocyus & iuuenis,& ſeneſcens mouetur ad coitum.Si grauida admodum pingueſcat, efficitur ut fœta minus habeat.Proles,quod ad ætatem attinet,optima eſt,cum uigent parentes.Quod ad tempora,præſtantior quæ hyemis initio gignitur: deterrima,quæ æſtate,quippe quæ parua,exilis,& perhumida ſit. Mas ſi pinguet, inire omnibus anni temporibus poteſt: Nec ſolum interdiu,ſed etiam noctu,aut certe matutino potißimum tempore ſeneſcens autē minus ſubinde agit.quippe qui uel per ætatem, uel per infirmitatem ſuæ naturæ nequeant a.na.an.5.14

queant expedite coire, cum fœmina, impotens ſuſtinen di maris feſſa clunes demittat, cubantes una cum fœmina coeunt. Concipit præcipue ſus, cum præ libidine geſtiente pruriens auriculas flaccidas demittit; aliter

a.na.an.1.16 *ſemen a uulua reſpuitur, relapſumq; euaneſcit.*[a] *Alnuum habet humano ſimilem, quippe quæ, & ampla ſit, & quod uſq; in ſedem porrigitur, breue id, corpulentumq; tranſmittat.*

b.par.an.3.14 *[b] Amplum habet uentrem, flexuoſumq;, ut diutius concoquat.*

c.na.an.1.18. *[c] Lienem etiam habet humano ſimilem.*

d.na.an.2.1. *[d] Corpuſq; totum hirtum.*

e.na.an.2.1. *[e] Genus ſane ſuillum ambiguum eſt. Nam & in terra Illyriorum, & in pæonia, & nonnullis alijs locis, ſues ſolipedes gignuntur. Sus talo caret probiore. Mammas in uentre habet plures, uerum non pares omnes. Sus fœmina genitale ea continet parte, qua pecoris ubera habentur. Et cum per libidinem turget ac prurit, ad coitum ſurſum tantiſper hoc retrahit, uertitq; foras, ut inde mari coitus ſit facilior, Reſciſſum id longe productius, & dehiſcens amplius eſt. Nullum omnino dẽtem amittit.*

f.gen.an.5.8. *[f] Et lactat.*

g.na.an.9.44 *[g] Iam uiſus eſt leo, qui cum ſuem aggrederetur, ut ſetis horrentem aſpexit fugeret.*

h.na.an.8.6. *[h] Herbæ frugumue minime appetens eſt, ſed radicum maxime ex omnibus animalibus, quoniam rictu aptiſſimo ad id negotij eſt. Facillime etiam omnium idem hoc animal ad quoduis pabulum aſſueſcit, & celerrime quoq; in pingue-*

pinguedinem proficit pro ſui corporis magnitudine ſexaginta enim diebus pingueſcit, Quantum autem profecerit, ij cognoſcunt, quibus ea res curæ eſt, ubi ieiunium ad ſaginam conſtituerint. Pingueſcit fame præfatigatus triduo, & cætera quoq; omnia fere melius præfatigata fame pingueſcunt. Saginant a triduo iam qui ſues obeſant. Thraces per ſaginam, cum primo die potum præbuerint, poſt interpoſito uno die præbent, tum duobus, deinde triduo, atq; ita ſubinde augendo numerum uſq; in ſeptimum curant. Pingueſcit hoc animal hordeo, milio, ficu, glande, piro, cucumere. Sed maxime quiete, immotioneq;. Pinguiores etiam redduntur, cum in luto ſe uolutant. Paſcere gregatim pro ætate uelle uidentur. Lupo etiam ſus obſiſtere, repugnareq; poteſt. Sexta pars ponderis quantum ponderarit uiuus, abſumitur occiſo, in pilos, ſanguinem, et reliqua id genus. Solet cum lactatur, extenuari. [a] Limacibus a.na.an.9 37
ueſcitur.[b] Sues ut minus efferentur, facit coitus copia. b.na.an.6.18
Fœminæ cum libidine excitantur, quod ſubare dicitur, uel homines aggrediuntur. Uterum ferunt menſes quatuor. Numerus partus plurimum ad Vicenos. ſi tamẽ multos pepererint, educare omnes non queunt. Seneſcentes etiam pariunt quidem ſimili modo, ſed tardius coeunt. Implentur uno coitu. Sæpius tamen ſuperuentum patiuntur, ea de cauſa, quod poſt coitum, humorẽ

quam apriam nonnulli appellant, emittunt, quod quidē commune omnibus incidit: Sed aliquæ una cum hoc, ſemen etiam admiſſum eijciunt. Fœtus qui in utero læſus minutusq; Methachœrum dicitur, quaſi poſthumum uoces, quod in parte qualibet uuluæ accidere poteſt. Suem altero oculo amiſſo, breui extingui, magna ex parte nonnulli eſtimant. Plurimis uita ad annos quindecim, aliquibus etiam prope ad uicenos.

a.na.an.2.7. *[a] Mediocre*
b.na.an.9.1. *os habent.[b] Serpenteſq; deuorant.*
c.na.an.8.21 *[c] Tribus morbi generibus laborant. Quorum unum raucedo uocatur, quo maxime fauces, maxillæq; inflammantur. Sed idem malum, uel qualibet alia corporis parte contrahi poteſt. Iam enim plerumq; in pedem, alias in aurem decumbit. Putreſcit protinus membrum, & ulcus ſerpit, donec ad pulmonem deueniat, quo tacto, mors ſequitur. Creſcit hoc uicium celeriter, nec poteſt ſus quicquam edere cum ita ægrotat, etiamſi quantumlibet ſit morbi incrementum. Curatur a porcarijs, cum malum incipere ſenſerint, haud alio mō, quā tota parte abſciſſa qua cæperit. Reliqua duo genera, eodem uocabulo nominantur ſtruma, quorum alterum dolor capitis & grauitas eſt, quo plurimi laborare ſolent. Alterum alui profluuium eſt, quod irremediabile incidit. Alteri ſuccurritur ex uino adhibito naribus, eoq; ipſo dilutis, ſed difficulter eo quoq; periculo ſubtrahitur. Biduo enim aut*

quatriduo

quatriduo interitus obuenit. Raucesſcũt potisſimum eo anno, quo montes abunde tulerint, et pinguisſimi ſint. Iuuat mora Celſi dediſſe in cibatu, et balneum multum & calidum, & uenæ ſub lingua ſitæ cultello adacto ſanguinem detraxiſſe. Grandinoſi autem fiunt ſues, quorum crura, & collum, & armi carne conſtant humidiore, quibus partibus uel grandines plurimæ innaſcuntur. Caro dulcior eſt, ſi grandines habet paucas, ſi uero multas, humida ualde & inſipida eſt. Facile qui grandent, cognoſcuntur: parte enim linguæ inferiore grandines habentur, & ſi ſetam dorſo euellas, cruorem in radice pili euulſi uideris. Pedibus etiam poſterioribus conſtare non poſſunt, qui grandent. Carent grandine, cum adhuc lactẽt. Tolluntur grandines Tipha, quæ uel in cibatu utilis eſt. Sed præcipue alũt & opimant, ficus, & cicer. Cibus deniq; non ſimplex, ſed uarius, ſagina optima eſt. Gaudent enim ſues pabuli mutatione. Tum etiam fieri aiunt cibi uarietate, ut partim infletur, partim impleatur carne, partim opimetur. Glandes ſuauiter quidem a ſuibus comeduntur, ſed carnem humidam faciunt, ſi ſolæ dantur. Et ſi grauidæ glandem copioſius ederint, abortum faciunt. Vnum ex omnibus quæ nouimus animalibus: ſus grandinem concipit,[a] Coitum nullo tempore aſpernatur. [b]Sues Athi montis, uiribus ita robuſti ſunt, ut horum

a. na. an. 5. 8
b. na. an. 8. 29

ne fœminas quidem ſpectare, mares ſitus inferioris au dent. In ſcythia etiam cum ſcorpionis morſu percuſſi fuerint, euadere non poſſunt, quanquam cæteros uirulentos ictus minime ſentiunt. Et nigri eorum potiſſimū interimuntur, quiſq; tamen celerrime interit, ſi ictus
a.par.an. 3.2 *adierit aquam.*[a] *Dente exerto armantur.*[b] *Sues fœmi-*
b.par.an. 3.1 *næ mordent, ut quæ careant dente exerto. Roſtrum ha*
c.gen.an. 4.6 *bent quo infodere poſsint, ut radicum appetentes.*[c] *Sola inter multipara ſus parit perfectos, eaq; una euariat. Generat enim multos more multifidi generis, cum & biſulcum & ſolipes ſit. Sunt enim locis quibuſdam ſues ſolida ungula. Partu igitur numeroſa eſt, quoniā alimentum quod in corporis magnitudinem abſumeretur, in excrementum ſeminale decedit. Id enim ut ſolipes magnitudine caret, quin ut potius quaſi ambigens cum natura ſolipedum biſulcum eſt. Hac igitur cauſa & unum parit, & duos, & quod plurimum, multos. Enutrit uero uſq; in finem, quæ peperit, propter ſu*
d.na.an.8.28 *corporis alimoniam probam.*[d] *India, teſte Cteſia, qu quam non fide digno, ſuem nec ferum, nec manſuetu*
e.an.an. 3.1. *habet.*[e] *His hærent teſtes annexi retro, nec tremuli*
f.na.an.3.17. g.na an. 3.19 *dent.*[f] *Cerebrum habent pinguiuſculum.*[g] *In ſuillis o bus minus medullæ eſt, & nonnullis omnino deeſt*
h.na.an.2.17 [h] *Ventres ſingulos habent. Ventriculum ſimplicem cipit inteſtinum. His autem amplior eſt uentricul*

a Vuli

[a] *Vuluam habet, ut pote quadrupes quæ animal procreat.* [b] *Suum corda in articulatiora ſunt, quia ſenſu hebetiori ſunt.* [c] *Maribus dentes plures quam fœminis ſunt.* [d] *Sues habent uoces proprias ad initum, & uenereum coitum.* [e] *Mammas plures per uentrem duplici ordine utroq; de latere gerunt.* [f] *His quoddam pediculi grande ac durum familiare eſt genus.*

a.na.an.3.1
b.par.an.3.4.
c.nat.an.2.3.
d.na.an.4.9
e.par.an.4.10
f.na.an.5.31.

[g] *Sues feræ, uide Aper.* [h] *Principio hyemis coeunt, uere pariunt, petentes maxime inuia, prærupta, anguſta, & opaca. Mas cum fœminis conuerſari dies triginta magna ex parte ſolet. Numerus partus, & tempus ferendi idem, atq; in urbanis ſuibus eſt. Vox etiam ſimilis, ſed fœmina uocalior eſt, Mas raro uocem emittit. Mares Caſtrati, maiores, ferocioreſq; euadunt, ut deſcripſit Homerus. Caſtrantur, quod recentibus adhuc morbus pruriens incumbit in teſtes, quo atterentes eam partem ad arbores, teſtes extingunt.* [i] *Animoſi, peruicaces, & bruti omnino ſunt.* [k] *Tempore coitus acerrime ſæuiunt, quanquam per id tempus imbecilles ex coitu reddantur. Dimicant inter ſe mirum in modum armantes ſeſe, & cutem quam craſsiſsimam præparantes indurenteſq; attritu arborum. Sæpe etiam luto obducto, ac reſiccato, tergus inuictum contra ictus efficiunt.*

g.na.an.6.28
h.na.an.1.1
i.na.an.1.1.
k.na.an.6.18

Pugnant. adeo acri certamine, grege relicto, ut ſæpenumero mortem uterq; aduerſarius obeat.

a. na. an. 8.3. [a]Syluia auis, uermiculis ueſcitur.

T

b

b. na. an. 5.19. TABANVS Ex ligno naſcitur.
c. na. an. 1.5. [c] Anteriore parte aculeum gerit. [d] Lin-
d. na. an. 4.7. guam habet duram & ualidam. [e]Qua be-
e. pa. an. 2. ul. f. na. an. 5.20 ſtiarum tergora etiam elacerat. [f] Hi uel aqua intercu
g. na. an. 8.11. te oculorum cæci intereunt. [g]Sanguiniuori ſunt.

h. na. an. 1.1. [h] Talpa domicilium ſibi parat, ut formica. [i] Quæ
i. na. an. 1.9. animal generant omnia habent oculos, præter Talpã, quam modo quodam habere dixerim, cum tamen omnino habere negem. Quippe cum omnino quidem, nec uideat, nec perſpicuos habeat oculos. Verũ ſi quis prætentam membranam detrahit, locus oculorum apparet, & pars nigra eorundem. Situs deniq; & deſcriptio eadem, quam legitimam conſpicui oculi obtinent, ut pote cũ obducta cute oculi preſſi, confuſi, oblæſiq; eſſent dum crearentur.

k. na. an. 4.8. [k] Huic uiſus deeſt, non enim oculos in aperto habet, Cute tamen detracta, quæ craſſiuſcula obtenta ſedem luminum opacat, oculi intus laceſſiti, imperfectiq; uiſuntur: ſed ita, ut partes eaſdem habeãt omnes, quibus oculi integri conſtant. Habent enim nigricantem

gricantem illum orbiculum, & quod intra eum continetur, quam uocant pupillam, atq; etiam portionis albidæ ambitionem: ſed non tam liquido, quam oculi conſpecti & eminentes. Nec in partem exteriorem apparere hæc poſſunt, propter cutis obductæ corpulentiam ut pote cum natura inter generandum lædatur, atq; ita opus inchoatum relinquatur. [a] *Terræ Bœotiæ in Orchomenio agro Talpæ habentur multæ at in Lebadico uicino nullæ ſunt: Neq; ſi aliunde portatæ eo fuerint, uolunt infodere.* a. na. an. 8:28.

[b] *Tarda auis, incubat tricenis diebus, ut anſer.* b. na. an. 6. 6.
[c] *Gulam totam habet amplam & latam. Appendices etiam habet non ſupra, ſed infra qua deſinit inteſtinum.* c. na. an. ult.

[d] *Taurus, magnitudine Bonaſi eſt. Excitat puluerem, & fodit.* [e] *Pugnat cum urſo, & ab eo uincitur.* [f] *Lupo eſt inimicus.* [g] *Iam Taurus quidam, cum ſtatim a caſtratione iniiſſet, impleuit: quoniam nōdum retracti eſſent meatus.* [h] *Non in armis cornua gerit, ſed in capite: unde ictus remotiores fiant.* [i] *Coitus tempore, tantum cum fœminis paſcitur, cæteroſq; oppugnat mares. Temporibus cæteris mares inter ſe conuerſantur, quod coarmentari dicitur. Iam Epiri prouinciæ Tauri ſæpius trimeſtri temporis ſpatio non apparent.* [k] *Huic cornua robuſtiora quam Vaccæ.* [l] *Acutius ſonat*

d. na. an. 9. 49
e. na. an. 8. 5
f. na. an. 9. 1.
g. gen. an. 1, 4.
h. pa. an. 3:2.
i. na. an. 6. 8.
k. na. an. 4. 11
l. gen. an. 5. 7.

ſonat quam uitulus, uel uacca. Potiſsimum Tauri ner uoſi ſunt, & eorum cor ita conſtat. Itaq; contentiorem eam obtinent partem, qua ſpiritum mouent, quaſi fidiculam intentam.

a.na.an.2.4. [a] *Animoſi, iracundi, furibundiq; ſunt, ſanguis enim eorum fibris refertior eſt, & omnium celerrime coit, & dureſcit.*

b.na.an.3.19 [b] *His inter ea quæ animal generant ſanguis eſt craſsiſsimus, & nigerrimus: parte etiam inferiore craſsior & atrior eſt, quam ſuperiore.*

c.na.an.9.1. [c] *Taurus Corui eſt inimicus, quod aduolans feriat, et eius oculos laceret. Vide Bos.*

d.na.an.9.43 [d] *Teredo, non abſimilis crabronibus eſt ſed uaria, & latitudine proxima apibus. Cupedioſa hæc eſt, & ad culinam, & piſces, & huiuſcemodi delitias ſingularis aduolat. Fœtum ſub terra edit, ut ueſpæ. Multiplex huius quoq; Teredinarium eſt, & longe amplius quam ueſpæ, atq; porrectius.*

e.na.an.8.27. [e] *Teredo Eruca, naſcitur in alueis apum, quam nõ inſectantur.*

Teſtudo lutaria, uide Mus aquatilis.

f.na.an.8.17. [f] *Teſtudo Marina, inter cortice intecta annumeranda eſt, & ſenectutem exuit, tum uere cum egreditur, tum etiam autumno.*

g.par.an.3.8. [g] *Pulmonem habet carnoſum, ſanguineum, & ſimilem bubulo, ueſicamq; ſola habet amplam, inter cætera cortice operta.*

h.ge.an.8.2. [h] *Diſcluſa ab aquæ natura uiuere non ualet, & niſi aliquandiu ſpiret,*

ret,interit, & parere,educareq; ſolet in ſicco. Hæ
etiam conchulas petunt,habent enim os omnium robu-
ſtiſsimũ. Quicquid nanq; in os ceperint,ſiue quoduis
aliud,perfringunt ac deuorant. Exeunt etiam in terrã
& paſcunt herbam.Laborant plerumq; et intereunt,
quoties innatantes ſiccantur ſole. Deferri enim in gur
gitem facile nequeunt: [a]Mare ſuperueniente coeunt, a.na.an.5.3.
habentq; in quod meatus contingant, & quo per coitũ
adhæreant.[b]Admodum exiguum habẽt lienem.[c]Ten- b.na.an.2.15 c.nat.an.4.4
dunt ab inteſtino ad imum nigrantia quædam aſpera,
atq; continua.[d]Egreſſæ in terram,pariunt oua,auium d.na.an.5.33.
cortalium ouis ſimilia,& defoſſa coopertaq; incubant
noctibus.Ouorum numerus maximus eſt, nam ad cen
tena pariunt oua.[e]Similes bubulis renes omnino adhæ e.na.ar.2.16
rent,quaſi ex multis exiguis conſtituti. [f]Ouum edunt f.gene.an.2.1
perfectum.[g]His motus piger. [h]Teſtes habent lumbis g.na.an.2.11. h.gen.an.1.3
intus adhærentes,meatuſq; geminos ab his tendentes.
[i]Simplicem unumq; habent uentrem, aut Canino aut i.nat.an.2.ul.
ſuillo ſimilem.

[k]Teſtudo terreſtris,pulmonem habet, proportio- k.par.an.3.8
ne maiorem,ueſicam autem admodum exiguam. [l]Sim- l.na.an.2.ul.
plicem unumq; habet uentrem,aut canino aut ſuillo ſi-
milem.[m]Huic teſtes ſunt lumbis adhærentes.[n]Ventri m.nat ani.3.1
ſubdita ſunt quæ oua appellant, quorum quod nigri- n.nat.an.4.5
cat,parti creditum eſt ſuperiori,ex dẽtium origine pen

a.nat.an.4.9 dens,amarum,nec eſculentum. [a] Abruptum & per-
b.na.an.5.33 exiguum ſibilum edit.[b]Oua durioris teſtæ, & bicolo-
ra edit,quale ouum auium eſt:eaq; defoſſa & cooper
ta terra, ac pauita & complanata incubat, crebrius
c.nat.ani.9.6 repetens,fœtumq; ſequente anno excludit.[c]Cum uipe-
ram ederit,mox cunilam edit. Quod cum ita ſæpius
factum animaduertiſſet quidam, ut guſtata cunila ui
peram teſtudo repeteret, herbam euulſit, quo facto
d.par.an.3.6. teſtudo interijt. [d] Pulmonem habet exiguum & ſic-
cum,ſed aptum ampliari ac extumeſcere, cũ inflatur.
e.par.an.3.12 [e] Iecur habet omnino uitiatum,quia corpus etiam pra-
f.gen.ani.2.1 uum ſortitur temperamentum. [f] Corticem habet oſſe
g.nat.ani 6.1 firmiorem.[g]Ouum edit perfectum.

h.gene.an.5.6 [h] Tetrix Auis, non nido, ſed condenſo frutice
prolem munit,ſuumq; nidum patere auræ cupit.Hanc
Athenienſes Vragen uocant, nec terræ nec arbori
ſuum nidum committit.

Tettigometra,uide Cicada.

Thos,uide Ceruarius lupus.

i.nat.an.5.9. [i]Thraſſæ,piſces uarij coloris.

k.nat ani.5.9 [k]Thunna piſcis,ſemel anno parit,ſed quoniam par
tem præmature,partem ſero producat,hinc fœtificare
bis creditur. Edit primam partem circa menſem De-
cembrem a bruma, alteram uere.

l.nat.an.4.10 [l] Thunnus piſcis,ſemel parit eſtq; fuſaneus. [m]Sæ

pe

pe Thunnarij circunretiunt Thunnos dormientes. Quod argumento conſtat, quia admodum quieſcentes leuiterq; pandentes albida oculorum capiantur. Noctu potius quam interdiu dormiunt, ita ſopiti, ut ne iacta quidem fuſcina moueantur, & magna ex parte, uel ad arenam, uel ad terram, uel ad lapidem aliquem pro cumbentes, quieſcunt imis gurgitibus, uel ſub ſaxo, aut littore abditi.[a] Gregales ſunt,[b] & leues. [c] Vitiantur ſe a.nat.ani.9.2
nectute, & tunc ad rem ſalſamentariam improbi ſunt. b.na.an.2.13 c.nat.an.8.ul.
Multum enim carnis abſumitur. Iã captus eſt Thunnus ſenex, cuius pondus erat ad talenta quindecim, & caudæ interuallũ ad cubita quinq;, & palmum.[d] Agi d.na.an 8.19.
tantur aſilo Canis exortu. Habet enim per id tempus ſub pinna ceu uermiculum, quem aſilum uocant, effigie ſcorpionis, mag^ne^ aranei, et infeſtat hoc max^o^ dolore. Thunni oĩum max^e^ piſcium gaudẽt tepore, et ob eã rẽ, barenã et littora adeunt: Per ſumma ẽt maris innatãt, quo teporis potiantur.[e] Magna ex parte carne alun- e.nat.ani.8.2
tur, ſed algam etiam tangunt.[f] Thunnus poſt arctu- f.nat.an.8.13
rum melior eſt: Iam enim eo tempore ab infeſtantis aſili agitatione requieſcit, quæ facit, ut ſit in æſtate deterior. Subeunt pontum uere, æſtatemq; ibi traducunt. Dextrorſum terram contingentes ſubeunt, ſed remeãt contra: læuum enim in latus ſe admouent. Quod propterea facere dicuntur, quia dextro oculo clarius ui-

a.na.an.5.9 *dent ſua natura, læuo hebetius.* [a] *Differt mas a fœ*
b.na.an.5.10 *na, eo quod fœminæ pinnula iuncta ſub uentre e*
apbareus nuncupata, quæ mari deeſt. [b] *In ponto p*
c.na.an.8.12. *unt, nec uſpiam alibi.* [c] *Antequam ſcombri diſcedu*
d.na.an.6.17 [d] *Præ nimia pinguedine debiſcunt, nec pluſquam b*
nio poſſunt uiuere. Cuius rei argumentum piſcat
inde deducunt, quod cum aliquando limariæ anno ſ
riore defeciſſent, Thunni ſequenti anno defecerint
marijs enim Thunni prouectiores ætate anno eſſe
tantur uno. Coeunt Thunni mẽſe februario poſt id
pariunt iunio ante nonas. Edunt ſua oua condita q
utriculo. Incrementum autem partus præcipua ſu
celeritate. Cum enim Thunni in ponto pepererint,
deunt ex ouo, quas alij Scordulas uocant Bizanti
xumas nominant, quia diebus paucis adoleſcunt :
exeunt ponto autumno fœtas comitantes, eodem au
redeunt uerno tempore, iam adeptæ eam magnitu
e.na.an.8.15 *qua limariæ nomen accipiant.* [e] *Thunni latent hy*
præaltis gurgitibus, pingueſcuntq; a latibulo maio
in modum. Capi incipiunt Vergiliarum ab ortu, a
cturi occaſum ultimum, reliquo tempore quieſcun
tentes. Capiuntur nonnulli ex his, tempore ſui ſece
cum ſe moueant locis tepidis, aut ſi temporis inſo
quietes contingant. Prodeunt enim aliquando de
cubili paſtum, & præcipue plenilunio. Sunt magn

p

parte ſuauiſsimi, cum latent.

[a] *Tigris ſi cum Cane coeat, Indicos Canes inde gigni confirmant, uerum non ſtatim, ſed tertio coitu. Primo enim belluinos adhuc catulos procreari aiunt, alligantur Canes locis deſertis, & niſi bellua incenſa libidine ſit, ſæpe lacerantur.* a.na.an. 8.28

[b] *Tinæ, lanis puluerulentis præcipue oriuntur, atque etiam magis, ſi araneus una includatur. Si quid enim humoris ineſt, hic abſorbens ampliat ſiccitatem. Naſcitur & in tunicis hoc idem uermiculi genus.* b.na.an.5.32

[c] *Tinunculus auis, plurima in adunco genere parit. Iam enim quatuor eius reperti ſunt pulli, ſed plures et poſſe procreari apertum eſt.* [d] *Huius ouum rubrum eſt, modo Minij.* [e] *Inter aduncos bibit, ſed raro.* [f] *In ſuo genere fœcundiſsimus eſt.* [g] *Ventriculum habet ſimilem ingluuiei.* c.na.an.6.1. d.na.an.6.2. e.na.an.8.3. f.gen.an.3.1 g.na.an.3.ul.

Tipulæ uide Aſcaridæ.

Tirſio, uide Phocæna.

[h] *Torpedo, ex Cartilagineis eſt.* [i] *Piſces quos appetit, afficit ea ipſa, quam ſuo in corpore continet, facultate torpendi: atq; ita retardos præ ſtupore capit, & ueſcitur. Abdit ſe in arena et limo, tum piſces qui adnatantes obtorpuerint, corripit: quam rem plæriq; conſpectam a ſe retulerunt. Hanc autem, uel hominibus inſpirare torporem certum eſt.* [k] *Caudam habet* h.na.an.5.5. i.na.an.9.37 k.pa.an.4.13

ſpinoſam

ſpinoſam & longam, incrementum enim eius parti
ad piſcis latitudinem tranſit. Duas iuxta caudam pi
nas habet: pro reliquis latitudine utitur, & utroq; ſe
a.na.an.2.15 corporis ſemicirculo, quaſi geminis pinnis natat. [a] Fe
b.na.an.6.10 habet in iecore poſitum. [b] Fœtus ſuos & emittit, & re
cipit intra ſeipſam. Et quidem iam uiſa eſt Torpedo
grandis, quæ fœtus intra ſe circiter octoginta haberet.
c.na.an.6.11 [c] Circa autumnum parit, & gignit animal, cum intra
d.na.an.2.13 ſe oua pepererit. [d] Pinnas habet parte ſupina & in-
feriore.

Torquilla, uide Lynx auis.

e.na.an.8.4 [e] Tringa Auis inter minores maiuſcula, Turdo
enim æquiparatur, petit lacus & fluuios, huicq; cau-
da motitat.

Triorcha, uide accipiter.

f.na.an.9.11 [f] Trochilus auis, & frutera incolit, & foramina.
Capi difficile poteſt. Fugax, atq; infirmis moribus
eſt, ſed uictus probitate, & ingenij ſolertia præditus.
Vocatur idem & Senator, & Rex: Quamobrem
g.gen.an.9.6. aquilam pugnare cum eo referunt. [g] Hi Crocodilis
hiantibus aduolant, & dentes depurgant, quo munere
& ipſi aluntur. Et Crocodilus ſentiens ſecum commo
de agi, nihil nocet: ſed cum egredi auem uult, Ceruı-
h.na.an.8.3 ces mouet ne comprimat. [h] Aquas adamat.
i.gen.an.3.4. [i] Trochus, ſeipſum non init, ut ſcripſit Herodotus

heracleota

heracleota, dicens eum duplex genitale habere, maris ac fœminæ.

Tubera, uide Galli. [a]*His natura corporis carnoſa eſt.* [b]*Teſta tota occulantur, nullaq; ex parte carnẽ detectam habeant.* [c]*Horum genus, peculiari modo præ cæteris conſtant teſtatis. Parum ſua natura a plantis differunt, ſunt tamen ſpongijs uiuaciora. Ab his ergo Tubera, uel pulmones, parum differunt ſua ipſa ab ſolutione. Viuunt enim ſine ullo ſenſu, perinde ac plantæ abſolutæ adhærendo quippe tantummodo uiuunt. Sed cum aliquid habeant carnis, ſenſum aliquem habere uideri poſſunt. Itaq; utro nam modo ſtatuendum ſit incertum eſt. Habet hoc animalis genus duo foramina, rimamq; unam, qua recipiat humorem cibo accommodatum, & qua rurſus emittat, quantum humoris remaneat. Nil enim excrementi, ut cætera cruſtata, hoc ſe habere oſtendit. Ex quo fit potiſsimum, ut planta in re appellari poſsit,* [d]*Olfactum minime habere uidentur.* [e]*Rimis cauerniſq; ſaxorum generantur.*

a.na.an.8.1. b.nat.an.4.4. c.par.an.4.5. d.na.an.4.8 e.na.an.5.16

Turbo Auis uide Lynx.

[f]*Turbo, ex genere teſtato eſt.* [g]*A purpuris earum teſtæ perforantur.* [h]*Harum conchas cancellus ingreditur,*

f.par.an.4.9. g.par.an.2.ul. h.na.an.5.15

[i]*Turdorum tria ſunt genera. Vnum uiſciuorum, quod niſi uiſco atq; reſina non ueſcitur, & magnitudi-*

i.na.an 9.20.

ne picæ eſt. Alterum pilare, quod ſonat acute, et magnitudine merulæ eſt. Tertium quod Iliacum quidam uocant, minimumq; inter hæc, minusq; maculis diſtin-
a.na.an.9.49 *ctum.*[a] *Turdus colorem mutat, quippe qui collo æſtate uarius, hyeme murino diſtinctus ſpectetur, uoce tamen*
b.na.an.9.11
c.na.an.8.16 *eadem eſt.*[b] *Cor auium nunquam edit.*[c] *Latet.*[d] *Ma-*
d.na.an.8.3 *gnitudine Tringæ auis eſt.*[e] *Hi nidos ex luto, ut hirun*
e.nat.an.6.1. *dines faciunt, in excelſis arboribus, ita deinceps continuato opere, ut quaſi catena quædam nidorum contexta uideatur.*

f.na.an.2.13 [f] *Turdus piſcis, branchias habet quaternas dupli-*
g.na.an.8.13 *ci ordine, nouiſsima excepta.*[g] *Littoralis eſt.*[h] *Coniu-*
h.na.an.8.15. *gatim mares cum fœminis conduntur, quomodo & fœ*
i.na.an.8.ult. *tificare ſolent.*[i] *Mutantur hi, uere enim nigreſcunt, poſt uer albedinem ſuã recipiunt.*

k.na.an.6.1. [k] *Turtur, bina parit oua, & ſemel anno, parciuſq;*
l.na.an.6.4 *generat.*[l] *Turtures trimeſtre coire, fœtificareq; aliqui*
m.ge.ani.4.6. *referunt: argumento quod larga eorũ copia eſt.*[m] *Copiam alimenti parere una cum prole non ſolent: Imper*
n.na.an.9.1. *fectos cæcoſq; pariunt.*[n] *Turturẽ merula amat. Cum ignario pugnat: locus enim paſcendi, uictuſq; idem eorum eſt. Pugnat etiam cum luteo, & ab eodem occidi*
o.na.an.8.16 *tur.*[o] *Quod turtur lateat maxime omnium conſtat: nemo enim prope dixerim uidiſſe per hyemem uſpiam turturem dicitur. Latere autem incipit præpinguis, &*

quan-

quanquam pennas in latebra dimittit, tamen pinguedinem ſeruat.[a] *Proprium his euenit crepitus alui, parſq; nouiſſima alui uehemēter citatur, cum uocem reddunt.* a.na.an.9.49

[b]*Ex Columbaceis generibus turtur minimum eſt.* b.na.an.5.13

[c]*Vel ad annum octauum uiuunt, ſcilicet quæ excæcatæ allectatrices aluntur. Nidulantur turtures ſemper locis eiſdem, & cum mares in totum diuturniores quā fœminæ ſint: In his marem prius quam fœminam mori nonnulli aiunt, uidelicet documento earum, quæ domi allectatrices aluntur. Degunt æſtate locis frigidis, hyeme tepidis.*[d] *Diſcedunt, nec hybernare apud nos patiuntur. Volant gregatim cum accedunt, & cum ſuo tempore obeunt.* [e]*Turturum proprium eſſe uidetur, nec collum cum bibunt, reſupinent, niſi ſatis hauſerint. Mare uno cōtenta fœmina uiuit, nec alterum recipit. Incubant ambo, & Mas, & fœmina, dignoſci mas ne an fœmina ſit, haud facile eſt, niſi interiorum aſpectu.* c.na.an.9.7.8 d.na.an.8.12. e.na.an.9.7.

[f]*Magnitudine uireonis eſt.*[g] *Frugibus uiuit, & æſtate tantum uidetur, latitat enim ſuo tempore.* f.na.an.9.22 g.na.an.8.3.

[h]*Tympanus Auis, a Cornice occiditur.* h.na.an.9.1.

[i]*Thyrannus Auis, cui corpus non multo amplius quam locuſtæ, criſta rutila ex pluma elatiuſcula, & cætera elegans, cantuq; ſuauis hæc auicula eſt. Vermiculos petit.* i.na.an.8.3.

V

a.na. an.5.2. [a]

VACCA, Marem ſuum non patitur niſi raro, propter rigorem genitalis, nimiamq; tentiginem: ſed clunibus ſubſidentibus, ſemen recipit genitale. [b] Libidine mox incēduntur uaccæ, adeo & tauriunt, ut bubulci eas tenere aut capere nequeant. Indicium ſuæ libidinis præſtant, genitalis ſpecie prominentiore. Crebrius mingunt more equarum. Tauros etiam ſuperueniunt, & ſequuntur ſedulo, & aſſiſtunt. Turgent ad coitum prius minores natu, quam maiores. A partu purgatio ſequitur abūde. Conceptus autem indicium eſt, cum menſes ceſſarunt, ſpatio temporis bimeſtri, trimeſtri, quadrimeſtri, ſemeſtri. Sed id percipere difficile eſt, niſi quis iamdudum ſecutus, aſſuetusq; admodum ſit, quamobrē non deſunt, qui mēſes in his animalibus negent. Acriorem quam mares reddunt urinam. [c] Minus robuſta habent cornua, quam Tauri. [d] Epiroticæ Vaccæ præ ſua præcipua magnitudine, amphoras ſingulas ſingulæ implent lactis, menſuræq; eius dimidium mammis duabus præſtant. Erectus qui mulget, aut paululum ſe inclinat, quoniam ſedendo ubera contingere nequeat. [e] Grauius quam Tauri ſonant, & partem quam mouent non habent ualidam, propter fœminei ſexus natu-

b.na.an.6.18
c.na.an.4.11.
d.na.an.3.21
e.na.an.5.7.

ram,

ram, cum tamen moueant. multum graue ſonant. [a] *Inter fœmora mammas gerunt.* [b] *Pupillas habent quaternas.* [c] *Lac a partu utile eſt. Antequam Vacca pepererit, caret Lacte. Quantum lactis prouenerit primum, con creſcens perinde ut lapis dureſcit, quod ita accidit, niſi aqua admiſceatur. Iuuenca recentior quam annicula non patitur Venerem, niſi oſtento: Iam enim uel quar te ætatis menſe coiſſe perſpectum eſt. Initium coitus plurimis quidem menſe Aprili & Maio: ſed nonullæ etiam ad Autumnum uſq; tempus coeundi deducunt. Cum plures grauidæ ſunt, & facile initum patiũtur, nimirum pro ſigno hyemis, et imbrium id accipitur. His menſes fiunt, ut equabus: ſed minus.* [d] *Vaccam fuiſſe Pirinthi accepimus, cui cibi excrementum extenuatum per ueſicam tranſmittebatur, diſſectuſq; anus denuo propere coaleſcebat, nec reſecando euincere uitiũ poterant. Vide Bos.*

a. na. an. 4. 10
b. na. an. 2. 1.
c. na. an. 6. 21
d. ge. an. 4. 5?

[e] *Variæ, Aues ſic dictæ: Cum alanda pugnant.*

[f] *Velia Auis, cum primis uitæ commoditate nota eſt. Conſiſtit æſtate in umbra & aura: Hyeme in ſole & apricis. Inſpectat paludes ab arundinibus ſummis. Paruo corpore eſt, ſed uoce proba. Colore etiam pulchro, necnon ingenio ualet in uitæ officijs, & ſpeciem præ ſe fert decoram. Peregrina hæc auis eſſe uidetur, quippe quæ raro noſtris locis appareat.*

e. nat. ani. 9. ?
f. na. an. 9. 19

a. na. an. 5.19 [a] *Vermis, Totus accreſcit, & particulatim diſcretus formatur in ſpeciem deſtinati animalis: nec his ipſis non parte aliqua, ſicut in ouis animal creatur. Vermē autem omnia faciunt, exceptò genere quodam papilionum. Vide Papiliones.*

b. na. an. 4.7. [b] *Vertile piſcis qui genitale uiri imitatur, tum ſpecie, tum magnitudine, ſed pennis ſubnexis binis loco teſtium. Exceptumq; eſt aliquādo genus tale hamorum frequentia uſitata.*

Vertibula, uide Tubera.

c. na. an. 8.24. [c] *Verticillus, beſtiola eſt, magnitudine paſtinacæ.*
d. na. an. 5.8. [d] *More muſcarum coeunt.* [e] *A noctua comeduntur.*

e. na. an. 9.34
f. na. an. 9.41 *Veſparum duo ſunt genera, alterum ferum, quod rarum eſt, naſcens in montibus, & pariens non ſub terra, ſed in quercu, ſpecie grandius, porrectius, nigrius. Varium etiam aculeatumq; eſt, & robuſtius, ictuque acerbius quam alterum eſt: Aculeo enim maiori quam ex proportione ſui corporis ſpiculatur. Viuit hoc toto anno, & quidem tempore hyberno, quercu cæſa euolare ſpectatur. Exigit hyemem in latebra, et ſemper in macerie diuerſatur. Sūt eius aliæ matrices, aliæ operariæ, ut & in altero genere, quod placidius eſt. Quæ autem ſit natura operariæ, ac matricis, in eo ipſo placidiore genere percipi facilius poteſt. Sunt enim huius quoq; duo genera: alterum duces, quas matrices*

appellant, alterum operariæ. Maiores mitioreſq; duces ſunt. Aetas operariarum annum non complet: ſed omnes hyeme inualeſcente moriuntur. Quod ea re conſtat, quia hyeme incipiente ſtupeſcant: Bruma autem nullæ omnino appareant. Duces uero qui matrices uocantur, tota hyeme uiſuntur, atq; ſub terra latitãt. Plæriq; enim cum per hyemem ararent aut foderent, matrices uiderunt, operarias nemo. Duces ubi iam locum ſibi opportunum delegerunt, fauos opere æſtiuo conſingunt, & ueſpeta (cellulas dico) conſtituunt quaternis foriculis, aut prope: in quidus ueſpæ, non matrices naſcuntur. Quæ cum increuerint, rurſus altera ampliora effingunt. Quorum item proles cum creuerit, alia faciunt, ita, ut poſtremo autumno plurima ampliſsimaq; ueſpeta cõdita habeantur in quibus Dux quæ matrix appellata eſt, non inſuper ueſpas, ſed matrices iam procreat: quæ quidem ſuperne per ſumma ueſpeti uermium ſpecie multo grandiorum gignuntur, in cellulis continuatis quatuor numero, aut paulo pluribus: alioqui increſcendi ratio ducibus eadem quæ ueſpis eſt. Sed cum ueſpæ operariæ fauis aſſuerint, non prætcrea duces operantur, ſed operariæ ipſæ cibum ſuis ducibus ſubminiſtrant, quod ea re conſtat, quia duces non item euolant, ſed intra tecta quieſcunt. Cæterum utrum duces anni ſuperioris nouellis iã procreatis du-

cibus,

cibus, interimantur a ueſpis nouellis, idq; ſimili modo eueniat, an plus etiã temporis posſint uiuere, nondum exploratum eſt. Nec uero ſenectutem matricis, & ueſparum generis ferri, aut aliquem huiuſmodi affectum annotare adhuc quiſquam potuit. Eſt autem matrix latior, ponderoſior, crasſior, & maior quam ueſpa, uolatuq; haud plurimum ualet. Præ pondere enim ſui corporis uolare longius nequit. Quo fit ut ſemper in ueſparijs ſedeant, effingentes fauos, & munere fungentes cellario. Inſunt porro matrices nuncupatæ in ueſparijs plurimis. ſed aculeatæ ſint, nec ne, ambigitur. Videntur tamen & ipſæ, ut apum duces, gerere quidem aculeum: ſed non extringere aut ferire. Veſparum autem aliæ carent aculeo, ut fuci: aliæ habent. Minores, imbecillioreſq; ſunt, quæ carent neq; repugnant: Contra quæ habent, maiores, robuſtæ, atq; pugnaces, quas nonnulli mares appellant: fœminas uero eas, quæ carent. Pleræq; ex his quæ aculeum gerunt, amittere eum putantur hyeme inſtante: ſed hoc ex nemine qui uidiſſet, accepimus. Veſpæ temporibus ſiccis lociſq; aſperis potius oriuntur. Ortus ſub terra agitnr. Fingunt ſuos fauos ex congerie, ac terra: & ab eodem primordio quaſi ſtirpe unumquemq; ædificant cibum, uel ex floribus quibuſdam, & fructibus petunt, ſed quam plurimum ex carne. Coire nonnullæ etiam ex cæteris

uiſæ

uiſæ ſunt: ſed an ambæ aculeo careant, aut habeant, uel altera habeat, altera careat, nondum exploratum eſt. Ferarum etiam coire nonnullæ uiſæ ſunt, alteramq; gerere aculeum conſtitit, ſed de altera incertum eſt. Fœtus non partu prouenire uidetur: ſtatim enim auctior, quam partus ueſpæ patiatur, exiſtit. Si ueſpam ex pedibus ceperis, bombilareq; ſiueris, aduolant quæ aculeo carent, quod non faciunt, quæ aculeatæ ſunt. Itaq; argumento quidam hoc utuntur, ut alteræ mares ſint, alteræ fœminæ. Capiuntur hyberno tempore in ſpeluncis, & quæ aculeum habent, & quæ carent. Cõdunt aliæ ſua ueſparia pauca & exigua, aliæ plura et ampliora. Capitur magna matricum pars a ſolſtitio apud ulmos: Colligunt enim hinc lentã, & gummoſam materiam. Prodiere locis quibuſdam matrices ortu ad modum numeroſo, cum ſuperiori anno ueſparum atq; imbrium copia præceſſiſſet. Capiuntur per præcipitia & terræ rimas, præruptaq; directioraq;: omneſq; uiſuntur aculeum gerere. [a] Defuit his locuples naturæ dotatio merito, nihil enim, ut apum genus, habent diuinitatis. Generant quippe matrices uocatæ, primoſq; fauos confingunt, generationeq; cocundo inter ſe funguntur, uiſus eſt enim ſæpe earum coitus. [b] Si duce amiſſo aberrauerint, fauos ſuæ proli conſtituunt, in foraminibus, ſed ſi habeant ducem, ſub terra nidificant. Cellis

a gen.an.3 10.
b na.an.5.23

lis ſexangulis, fauos extruunt, ſed ex materia corticea quadam, & araneoſa. Fœturam modo apum inſtillant ad latus cellarum faui, & parietibus admouent. Verum non in omnibus cellis ineſt æqualis fœtus, ſed alijs iam grandiuſculus, ut uel queat uolare, alijs in nimpha eſt, alijs adhuc in uermiculo. Excrementum uermiculis tantum. Manet fœtus immobilis, cum in nympha eſt

a.na.an.5.21 *& membrana uelantur.* [a] *Veſpæ Ichneumones nuncupatæ, quæ minores quam cæteræ ſunt, phalangia perimunt, occiſaq; ferunt in parietinas, aut aliquid tale foramine peruium, deinde illiniunt luto, atq; ex ijs incu-*

b.na.an.1.1. *bando ſuum procreant genus.* [b] *Quamuis aerem recipiant, tamen ſedem in terra perpetuo tenent, et uictum*

c.na.an.4.7. *indidem capiunt. Ciuilis generis ſunt.* [c] *Aculeos ha-*

d.par.an.4.6 *bent lutos conditos.* [d] *Hos ut animoſæ pro armis obtinuere, quoniam uolucres ſunt: Nam ſi prætenuis fragiliſq; aculeus extra pateret, facile corrumperetur,*

e.gen.an.9.40 *ſed ſi, ut in ſcorpione, diſtaret, onus ita afferret.* [e] *Ab his apes impugnantur, quamobrem apiarij eas uenantur, conſtituta olla, & carne in ea poſita. Vbi enim multæ iam ad carnem acceſſerint, oppoſito operculo*

f.na.an.4.7. *ſuper ignem ollas ponunt.* [f] *His etiam diuulſis, non deeſt uiuacitas, uiuit ergo cum pectore, tum caput, tum etiam aluus: at ſine eo caput auulſum uiuere non po-*

g.na.an.1.4. *teſt. Nomen nullum commune his eſt inditum.* [g] *Exangues*

angues ſunt.[a] *Monſtrum non generant, Cellulis enim diſcretis partus earum continetur.* [b] *Non unicolores ſunt, ut apes.*[c] *Pennatæ ſunt.*[d] *Officioſiſſimæ præ cæteris fere omnibus animalibus hæ ſunt, ut apes, & formicæ.* [e] *Veſparum uermes quandiu recentes ſunt & aluntur, tantiſper & ſtercus emittere uidentur: at cũ formæ liniamenta receperint ſub qua facie Nymphæ appellantur, iam neq; cibum præterea capiunt, neq; ullum reddunt alui excrementum, ſed coerciti & contracti quieſcunt, nec ullo pacto mouere ſe patiuntur, quo facto euolat proles, rupto, quo continebatur folliculo.* [f] *Harum uermes ouum intra ſe habent, unde excrementum ipſis nutriendis accedat.*

a. gen. an. 4. 4.
b ge. an. 5. 6.
c. na. an. 4. 1.
d. na. an. 9. 38
e. na. an. 5. 19
f. na. an. 3. 9.

[g] *Veſpertilio, uolucrum, & pedeſtrium, & neutrorum eſt. Pedes enim ut uolucer habet, ſed ut quadrupes non habet. Cauda etiam tam quadrupedis quã uolucris caret. Nã quia uolucer ẽ, cauda quadrupedis uacat; quia pedeſter, nõ uolucris. Quod ei neceſſario accidit, habet enim cuteas pennas. Nullum enim uolatile caudam habet, niſi penna ſciſſa uolatile ſit. Genus enim id caudæ ex penna eiuſmodi conſtat: Cauda uero quadrupedis, generi uolatili adiuncta uel impedimento eius pennis proculdubio eſſet.* [h] *Acetabula uuluæ habet, dum partum gerit.* [i] *Noctu uagatur.* [k] *Cute uolat, ut uulpecula.*

g. pa. an. 4. 13
h. na. an. 3. 1.
i. nat. an. 1. 1.
k. na. an. 1. 5.

a.na.an.6.1. *Vinago, uide columba.*[a] *Bina parit oua, & ſemel*
b.na.an.8.3. *anno: parciuſq; generat.*[b] *Frugibus uiuit. Autumno potiſsimum & conſpicitur: & capitur. Modus maxime capiendi eam, dum ſe in aquam bibendo protendit. Veniunt ad noſtra loca cum iam fecerint prolem.*

c.na.an.5.ul. [c]*Vipera e ſerpentibus una animal edit, cum intra ſe oua primum pepererit. Ouum hoc unius coloris, & molle, ut piſcium eſt. Fœtus ſuperne conſiſtit nec cortice continetur, ſicut nec piſcium quidem. Parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur. Euenit interdum, ut qui in utero adhuc ſunt, abroſis membranis prorumpant. Singulos, diebus ſingulis pa-*
d.na.an.1.10. *rit, plures quam uiginti.* [d]*Perfectum generat ouum, ita enim ex ouo animal gignitur, ex imperfecto nullũ. Non extra hæc parit oua, quia natura frigida ſunt, non quia calida ut quidam uolunt.*[e]*Huic uni uulua ſi-*
e.na.an.3.1.
f.na.an.9.6. *milis ut Chartilagineis eſt.*[f] *A teſtudine deuoratur.*
g.na.an 8.29
h.na.an.8.17 [g]*Scorpium deuorari a uipera certum eſt.* [h]*Senectu-*
i.na.an.8.15. *tem exuit tam uere quam Autumno.*[i]*Sub ſaxis condi-*
k.na.an.8.4. *tur.* [k]*Viperas aliqui uino cum fictilibus ad ſepes di-*
l.par.an.4.1. *ſpoſito uenantur, ebriæ enim capiuntur.* [l]*Hæ uentres ſingulos habent, lienem etiam admodum paruum, ut cætera quæ carent ueſica.*

m.na.an.9.22 [m]*Vireo auis, totus uiridans ex obſcuro eſt. Hyeme hic non uidetur, ſed æſtiuo ſolſtitio potisſimum ue*

nit

nit in conſpectum. Diſcedit ex ortu arcturi ſideris.
Magnitudine Turturis eſt. [a] *Hunc ex flagratione* a.na.an.9.1.
procreatum quidam fabulantur. Pugnat cum Crege,
Crex enim huic & eius pullis nocet. [b] *Docilis & ad* b.na.an.9.15
uitæ munera ingenioſus notatur, ſed male uolat, nec
grati coloris eſt.

Vitiflora auis, uide Oenantha.

[c] *Vitulus, grauior eſt uoce, quam adulti perfectique. Quamobrem his caſtratis, uox e contrario mutatur.* [d] *Non tam acute ſonat ut Taurus.* [e] *Vitulis tempus caſtrandi anniculis eſt: Alioquin minores deformioreſq; euadunt.* c.na.an.5.14 d.na.an.5.7. e.na.an.9.50

[f] *Vitulus Marinus, Aquatilium & terreſtriũ, & neutrorum eſt. Si enim ut aquatilis inſpectetur, pedes habet: ſi ut pedeſter, pinnas: quippe & qui pedes poſteriores piſceos admodum habeat, atq; etiam dentes omnes ſerratos acutoſq;.* [g] *Generis ambigui eſt. Nã et in mari degit, quanquam humorem non recipit, ſed ſpirat, ac dormit. Et egreſſus in terram parit in littore, ut terreſtre. Sed quoniam plus temporis mari, quam terra immoretur, cibumq; ex humore petat: ideo in aquaticis de eo narrandum eſt. Hoc animal & concipit ſtatim intra ſe & parit. Secundas quoq; emittit; & lac reddit modo pecudum. Parit ſingulos, aut geminos, et complurimum tres. Mammis, quas geminas ha-* f.pa.an.4.13. g.na.ani.6.12

bet, educat fœtum ritu quadrupedum. Parit ut homo omni tempore: ſed maxime cum primis capris. Prolem circa duodecimum diem a partu deducit in mare, ſubinde aſſuefaciens, illa decliuis fertur, nec ambulat: cum nondum inniti ſuis pedibus ualeat. Colligere ſe ipſe ut tulus & contrahere poteſt, carne enim abundat, molliſq; eſt, atq; oſſibus Chartilaginoſis conſtat. Interficitur difficulter, niſi eliſis temporibus capitis: corpus enim totum carnoſum eſt. Mugitus ei in ſomno. Genitale fœminæ ſimili Raiæ eſt. [a] *Pedes habet minutos.* [b] *Caret auribus, ut Delphinus:* [c] *Tanquam læſa, imperfectaq; quadrupes eſt, quippe qui continuo a ſcapulis pedes habeat manibus ſimiles, modo urſæ: in quinos .n. finduntur digitos, qui ſinguli ternis articulis flectantur, & unguibus muniantur non magnis. Pedes quoq; poſteriores quinis diſcretos digitis habet, & curuatura et unguibus cum primis conuenientes, uerum forma proximos piſcium caudis. Huic etiam cauda ineſt, quãuis exigua, Cerui modo.* [d] *Diſcluſus ab aquæ natura uiuere non poteſt, & niſi aliquandiu reſpiret, interit, ac parere educareq; ſolet in ſicco.* [e] *Felle caret.* [f] *Eius Renes Bubulis ſimiles, omnium firmiſſimi ac ſolidiſſimi ſunt.* [g] *Meatus uero, qui eo pertinent, omnes in renum corpus abſumuntur: cuius rei argumentũ eſt, quod ſanguine carent, nec intra ſe quicquã concreſcere oſtendunt.*

a. nat. an. 1. 1.
b. na. an. 1. 11
c. nat. an. 2. 1.
d. na. an. 8. 2.
e. na. an. 2. 15.
f. na. ani. 3. 9.
g. na. an. 1. 18

dunt.

dunt.[a] *Non auriculas, ſed cauernas tantum habet ad* a.pa.an.2.12
audiendum, ut pote qui manca ſit quadrupes.[b] *Recte a* b.ge.an.5.1.
natura conſtitutus eſt. Cum enim quadrupes ouipa-
ra ſit, auribus caret, meatuſq; tantum habet quibus
audiat, cauſa eſt quod uitam hic in humore traducit.
Pars autem aurium addita meatibus eſt, ut motus a
longe delatus aeris ſeruaretur. Itaq; nihilo utiles ei
auriculæ eſſent, immo uero offenderent, cũ intra ſe co-
piam reciperent humoris.[c] *Vituli marini modo anima* c.na.an.5.2i
lium retro mingentium coeunt, & diu ligati in coitu
cohærent, ut Canes. Genitale iis, maribus grande eſt.
[d]*Situs eiuſdem uitulos marinos pugnare inuicem aiunt* d.na.an.6.1.
& marem cum mare, & fœminam cum fœmina: donec
alter ab altero uel occidatur, uel eiiciatur. Idemq; eo-
rum catulos facere.[e] *Linguam habent ſciſſam.*[f] *His lin* e.na.an.2.17 f.pa.an.4.11
gua biſulca eſt, quamobrem tenuis eſt.[g] *A mari uictũ* g.na.an.8.5
petunt durumq; pilum habent.

Viuerra, uide ictis.

Vlula, uide aſio.[h] *Nocte uagatur, ac paſcitur die* h.na.an.9.72
raro apparet. Colit hæc ẽt ſaxa et ſpelũcas. Victus.n.
gemini eſt. Pollet ingenio ac ĩduſtria, in uitæ munerib.

[i]*Vmbilicus, teſta operitur, ut purpura. Ventrem* i.na.an.4.4.
habet ſimilem gutturi auium. Membrana in grandiu-
ſculis umbilicis a uentre gulæ attexitur continua, per
quam meatus prolixior albicans colore tendit. Habet

etiam

etiam inciſuras, quales in ouo locuſtarum habentur, uerum hoc albidum, illud rubidum eſt. Nullus exitus huic nullũ foramen poſtremũ patet: ſed prætenui mẽbrana cauo perductus anguſto cõtinetur. Tendunt ab inteſtino ad imũ nigrantia quædã aſpera, atq; continua, qualia uel in teſtudine uiſuntur, ſed minus nigra. Cæteri quoq; umbilici hæc habent eadem: ſed quo minores, eo minutiora. His a natura albugo data eſt, ut alijs ouum.

a. na. an. 5. 12 [a] Verno Autumnaliq; tẽpore ſua oua habere uiſuntur, omnes umbilici.

b. na. an. 8. 19 [b] Vmbra piſcis, maxime infeſtatur algore, propter lapidem quem in capite habet. facit enim lapidis rigor, ut per algorem geletur, & excidat.

c. na. an. 4. 4. [c] Vngues, ſiue digiti, binis concluſi ualuulis ſunt, uerum utroq; latere connexi. Teſtam habent leuem.

d. na. an 5. 15 [d] Locis arenoſis ſui ortus initia capiunt. Nulla inniten
e. nat. an 8. 1. tes radice permanent. [e] Euulſi uiuere nequeunt. [f] Ad
f. na. an. 4. 8. ſtrepitum ſe ſubtrahere, inferiuſq; ſubſidere cernũtur, quoties ferramentum ſentiunt admoueri: Exiguo nanque extant, reliquo autem toto corpore perinde ac in cubili occuluntur.

g. na. an. 9. 15 [g] Vpupa, nidum potiſſimũ e ſtercore hominis facit. Mutat faciem tempore æſtatis, & hyemis: ſicut
h. na. an. 9. 49 cæterarum agreſtium plurimæ. [h] Cum colore, tum ſpe
i. na. an. 9. 11. k. na. an 6. 1. cie immutatur. [i] Montes colit, & ſyluas. [k] Vua hæc

ſuo

ſuo in genere non nidificat, ſed ſtipites arborũ ſubiens, parit ſine ullo ſtramento in cauis. videatur &c.

Vragis Auis, uide Tetrix.

[a] *Vrinatrix, partim uolucer eſt, ut mergus.* [b] *Circa lacus & amnes uerſatur, ut cæteræ palmipedum grauiores.* a.na.an.1.1.1. b.na.an.8.3.

[c] *Vrſi, demiſſis cruribus, quemadmodum cætera quæ pedibus innitendo exercent uenerem, admota parte maris ſupina, ad dorſum fœminæ coeunt.* [d] *Fert uterum urſa dies triginta. Parit tum unum, tum etiã duos ſed cum plurimum quinq;. Fœtum minimum pro ſui corporis magnitudine edit, quippe quæ minorem Catto, maiorem mure parere ſoleat. Nudum item, & cæcum & cruribus propemodum, membriſq; alijs plurimis indiſcretum & rudem. Coit menſe Februario. Parit eo tempore quo latet. Pingueſcit per id tempus tam mas quam fœmina uehemẽter. Cum prolem enutrierit, exit a menſe iam ueris tertio. Grauidam capi urſam difficile eſt.* [e] *Vtrum condantur propter frigus, an alia de cauſa ambigitur: & tunc ita pingueſcunt, ut mouere ſe ſe facile nequeant. Fœmina tamdiu latet, quo ad tempus ſit, ut ſuos catulos in apertum producat. Sed quod minimum, dies circiter quadraginta latet: Ex quibus bis ſeptem ita ſopitur, ut ſe nihilo moueat. Reliquis poſtea pluribus latet quidem, ſed mouetur, & ſurgit.* c.na.an.5.2. d.na.an.6.30 e.na.an.8.17

Fœtu

rint ſæuiunt. Inter ſe tamen minus dimicant, Videlicet ob eam rem. quia gregales non ſunt. [a] *Ventres ſingulos habent, ut pote qui maxilla utraq; dentati, hoſq; ampliores, ut ſues.* [b] *Vrſæ cum fugiũt, ſuos catulos propellunt, ſuſceptosq; portant. Cum ab inſectante iam occupantur, arbores ſcandunt. Ligna etiam mandūcant, quaſi dentiant.* [c] *Iam Vrſa uiſa eſt alba.* a.na.ani.2. ul. b.nat.an.9.6 c.gen.an.9.6

Vrſa piſcis: uide arctos.

[d] *Vrtica, quaſi oſtreorum caro eſſe uidetur incluſa ſaxo, perinde ut teſta.* [e] *Ancipiti natura hoc genus eſt, ambigens & plantæ, & animali. Abſolui enim, & eſcampetere nonnullas, ut ſentire occurentia poſſe, atq; etiam aſperitate corporis uti ad ſe tuendum, animalis eſt: A tuero quod imperfectum ſit, & ſaxis celeriter adhæreat, nec aliquid excrementi emittat manifeſte, quanquam os habeat, plantarum generi ſimile eſt.* [f] *Adhæret ſaxis more nonnullorum intectorum teſta, et interdum ſaxis abiuncta uagatur. Nulla huic teſta, ſed corpus omni ex parte carnem præ ſe fert. Sentit, & manum admotam corripit, adhæreſcitq; perinde ac polypus ſuis brachijs, ita ut caro intumeſcat. Os medio in corpore continet, & de ſaxo quaſi de teſta uiuit, & prænatantes piſciculos excipit, retinetq;. Deuorataq; in hunc modum quæcunq; nacta eſt eſculẽta. Abſolui ſaxis genus quoddam urticæ, nota* d.nat.an.8.21 e.par.ani.4.5 f.nat.ani.4.6

*tum eſt, quod Echinos, & pectunculos, in quos offen-
derit corrodit. Excrementum nulla in urtica eſſe uide-
tur. Duplex genus percipitur urticarum. Alterum
corpore paruo, quod cibo aptius eſt: Alterum maiu-
ſculo duroq; quale circa Euboiæ chalcidem gigni ſci-
mus. Sunt omnes hybernis menſibus carne conſtante
atq; rigidiuſcula, quamobrem per id tempus capiuntur
ciboq; idoneæ ſunt. At æſtate rareſcunt, et reſoluun
tur: præmadent enim, & marcent, ut ſi tetigeris, facile
diſcerpantur, atq; diſpereant. Deniq; nulla tantiſper
euelli integra poteſt, ac æſtus impatientia ſaxa ſubi-*
a.na.an.5.16 *re interius ſolent.* [a] *Modus iis idem gignendi, qui teſta
incluſis: per rimas enim, & cauernas, & fauces ſaxo-
rum oriuntur. Aliæ ſinuoſis adhærent, quæ nūquam
a ſaxis abſoluntur: Aliæ plana et littora amant, quæ*
b.na.an.9.37 *ſuis abiunctæ ſedibus uagantur.* [b] *Non ore, ſed tactu*
c.na.an.8.2 *totius corporis mordent.* [c] *Os in maioribus euidentius
eſt, Meatum etiam habent ut oſtreæ parte ſuperio-
re, quo excrementum ſecedat.*

Vulpanſer, Vide Chenalopeces.

d.na.an.6.34 [d] *Vulpes ſuperueniens coit. Parit Cæcos, ut urſa
atq; etiam infirmiores. Parturiens ita ſecedit, ut raro
grauida capiatur. Cum partum ediderit, lingua lam-*
e.na.an.9.1 *bendo refouet, & concoquit. Parit complurimos qua
tuor.* [e] *Lupo eſt inimica. Circus etiam accipiter, quia*

unguibus

unguibus eſt aduncis, & carne uiuit, uulpem inuadit, ac uulnerat. Pella ardeolæ a uulpe noctu capitur. Huic etiam Aeſalo eſt inimicus ferit enim, piloſq; eius euellit, occiditq; catulos uncis unguibus ſuis. Vulpes cum ſerpente amice uiuit, ambo enim cauernis gaudēt. Huic coruus amicus eſt, pugnat enim cum Aeſalone, unde fit, ut huic, cũ ab illo percutitur, auxilietur. [a]Ex uulpe & cane laconici canes generantur. [b]Mures uenãtur. [c]In Aegypto minores ſunt quam in Græcia, cuius rei cauſam attribuunt cibo, qui alijs large, alijs parce fit. [d]Vulpes aquila uenatur. [e]Cæcos generant, poſt palpebræ dehiſcunt. [f]Aſtutæ, malitioſæ, et callidæ ſunt. [g]Genitale oſſeum habent.

a.na.an.8.28
b.na.an.6.ul.
c.na.an.8.28
d na.an.9,32
e gen.ani.2.4
f.nat.ani.1.1
g nat.ani.2.1

[h]Vulpes piſces, cum ſe deglutiſſe hamum ſenſerint ſibi opitulantur, ut Centipedæ. Longius namq; ſeſe efferentes, hami lineam abrodunt. Capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici, gurgite præalto, & fluctuoſo. [i]Vulpecula animal gignit, cum intra ſe ouum pepererit.

h na.an.9.37
i na.an. 6.11

[k]Vulpecula, cute uolat, ut Veſpertilio.

k nat.ani.1.5

[l]Vultur, Nidificat in excelſiſſimis rupibus, unde fit, ut raro nidus & pulli uulturis cernantur. Quocirca Herodotus uultures ex diuerſo orbe nobis incognito aduolare putauit, argumetto quod nemo nidum uidiſſet uulturis, & quod multi exercitum ſequentes repenti

l.nat.an.6:6

appareant. Sed quanquam difficile nidum eius alitis uideris, tamen uiſus aliquando eſt. Pariunt uultures
a:na:an: 9:11 *oua bina.[a] Rupibus inacceſſis parit, neq; locorum plu rium incola auis hæc eſt. Edit non plus quam unum*
b:na:ani:9;1 *ouum, aut duo cumplurimum.[b] Vultur, & æſalo intu cem inimici ſunt, ungues enim utriq; unci habentur.*
c:na.an:9:32 *Pugnat etiam cum aquila.[c] Percnopteri aquilæ ſpe-*
d.na: an: 8:3 *ciem refert.[d] Vulturum duo genera ſunt. Alterum paruum, et albicãtius: alterum maius, ac multiformius. Caruiuoriq; ſunt.*

X

X*YLOPHTORVS*, *Vide Legniperdi.*

F I N I S.

IMPRESSVM
Bononiæ apud Alexandrum Benaccium. Anno
Apartu Virginis.1563.Menſis Ianuarij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
149